

OPUSCULA

QUAEDAM. ET SER

MONES D. BERNARDI

CLARAEVALLENSIS COE-

NOBII ABBATIS PRIMI,

que nec in Lugdunensibus, neque in Pa-  
risiensibus impressionibus  
reperiuntur,

NUPERIME AVTEM IN QVODAM

vetustissimo exemplari inuenta, suis operibus  
nunc per me excusis addita, quo-  
rum indicem sequens in-  
dicabit pagella.



*spes eius, et non respexit*



*Beatus vir, cuius est dominus*

*in vanitates, et infanias factus.*

VENETIIS, AD

SIGNVM SPEI,

M. D. L.

2 400 40

WILEY

MADRID, SPAIN



OPUSCULA

QUAEDAM. ET SER

MONES D. BERNARDI

CLARAEVALLENSIS COE.

NOBII ABBATIS PRIMI,

quæ nec in Lugdunensibus, neque in Pa-  
risiensibus impressionibus  
reperiuntur,

NVPERRIME AVTEM IN QVODAM

uetustissimo exemplari inuenta, suis operibus  
nunc per me excusis addita, quo-  
rum indicem sequens in-  
dicabit pagella.



*spes eius, et non respexit*



*Beatus uir, cuius est dominus*

*in uarietas, et infans falsus.*

VENETIIS, AD  
SIGNVM SPEI,  
M. D. L.

215050908  
A I N D E V S O

TYPOGRAPHVS LECTORI.

**R**ecenti foetura in hanc formam uix edideramus D. Bernardi opera omnia in hunc diem cognita: cum oblatus nobis fuit uetustissimus codex, in quo eiusdem opuscula quaedam & sermones nullis impressionibus antea adnexa quae subnotauimus. Haec tanquam abscissum corpori membrum caeteris operibus apposuiamus.

- Ad gloriosam uirginem Mariam deprecatio & laus elegantissima.
- De miseria humana sermo.
- De pugna spiritali sermones tres.
- De humilitate ex regula beatissimi patris Benedicti.
- Domínica infra octauam Epiphaniae sermo.
- Sermones quindecim in cena domini.
- Feria sexta in parasceue sermo deuotissimus.
- De parabola simile est regnum coelorum homini negociatori qui gregem bonas margaritas sermo.
- Epistola ad quaedam. Quid a nobis requirat Deus insinuans.
- Meditatio deuotissima super Salue regina.

DEPRECATIO AD GLORIOSAM VIRGINEM. 2

LIBER AD LECTOREM.

Flebile uestigium, manibusque imprime-  
re letum.

Cornutum Christi uultibus os doceo.

*Diui Bernardi Abbatis Clareuallensis ordinis  
Cisterciensis doctoris deuotissimi opuscula. Et pri-  
mo ad gloriosam uirginem Mariam deprecatio et  
laus elegantissima.*



**M**ENTEM & oculos pariter cum manibus ad te regina mundi attollimus & coram tua celsitudinis gloria genuflectimur, ceruicem inclinamus, ac plenis suspiriis ad te precibus in caelum transmittimus. Tu altitudo caeli, beatos oculos tuos, quibus incomprehensibilem gloriam illam lucis aeternae cum desiderio semper intueris, ad tuos supplices in hanc mundi miseriam proiectos de alto inclinare non despicias. Et ecce coram tremendo iudice peccatores assistimus cuius manus terribilis gladium irae suae uibrat super nos, & quae auertit eam? Nemo dominam tam idoneus, ut gladio domini manum pro nobis obiciat, ut tu dei amantissima, per quam primum in terris suscepimus misericordiam de manu domini dei nostri. Apertaque tu mater misericordiae benignissimi cordis ianuam suspiriosis precibus filiorum Adam. Ex oibus sinibus terrae ad tuam protectionis umbraculum confugimus a facie formidinis fortitudinis dei. Ad te dominam meam stillant oculi nostri: te deuotionis clamore ualido obsecramus: ut filii tui domini nostri iram quam grauiter peccando succedimus: erga nos mitiges, eiusque gratiam a qua ingrati excidimus, nobis tua concilies, cuius liuore sanati sumus, eius iterum medelam deposcimus, quae putruerunt & corruptae sunt cicatrices nostrae & non est in nobis sanitas. Attende dominam, & uide dolores uulnere animae nostrae, quia tibi reuelamus causam nostram cum fiducia. Te, inestimabilis benignitatis foeminam & uenerandam ma-

trem esse cognoscimus ex eo quod tu mundum hunc inmundum & lubricum, impoluto calle transtisti & adhuc inter peccatores degens, tanta ante deum sanctitate foecundaris, ut sola solio regis aeterni mediate approximare merueris. Tu peccatorem quantumlibet foetidum, non horres non despicias si ad te suspirauerint, tuumque interuentum poenitenti corde flagitauerit. Tu illum a desperationis baratro pia manu retrahis, spei medicamentum aspiras, foues, non despicias quousque horrendo iudici miserum reconcilies. Famosum huius tuae benignitatis testimonium est per te restauraturus Theophilus gratia. Nec mirum dominam si tam copioso oleo misericordiae tui cordis profusum est solarium, cum illud inestimabile opus misericordiae, quod praedestinauit deus ante secula in redemptionem nostram primum in te a mundi artifice sit fabricatum. Quoniam placuit gratiae supernae ut habitaret in nobis a quibus elongata fuerat: tu sola inuenta es digna: ut in tua uirginali aula rex regum & dominus dominantium a regalibus sedibus ueniens primam sibi mansionem inter filios hominum eligeret. Vere beneplacitum fuit deo habitare in te quoniam ex ipsa illibata carnis substantia quasi de lignis libani architectura ineffabili domum sibi aedificauit dei sapientia suffulsi eam septem columnis argenteis ac reclinatoriis aureum in ea collocauit. Hi sunt septem spiritus dei & haec est unica illa saluatoris foemina in qua sola quaesita in oibus regem iuenit atque in eius sinu omnes thesauros suos absque misura transfudit. Vnde bene sancto spiritui in te complacuit o Maria cum tam diuinis mysteriis uteretur tuum consecrare dignatus est, ipse est, non ignis consumens qui sanctissimam animam tuam totam inflamauit, seipso atque splendore diuinae maiestatis impleuit: tuumque uteretur ineffabili modo foecundauit. Fecitque ut deum & hominem clausa conciperes clausa pareres et post partum uirgo permaneres. Iam ergo uterum tuum dominam uelut sacratissimum dei uiui templum totus mundus uenerat. In eo salus mundi initiata est: ibi decor indu-

tus est dei filius ac prælectæ sp̄sæ fug  
ecclesiæ formosus in stola candida exul  
tanter occurrit desideratū diu osculum  
prælegit ac prædestinatas, a seculo nu  
ptias, uirgo cū uirgine p̄libauit. Ibi ru  
ptus est paries inimicitiarū quæ inter ce  
lum & terrā protoplastorū inobediē  
tia cōstruxerat. Ibi cōfederata sunt ter  
renis cęlestia & obuiauerūt sibi in oscu  
lo pacis, qñ in unā eādemq; p̄sonā con  
currerūt diuinitas & hūanitas, factūq;  
est nouū illud sup̄ terrā ut esset deus hō  
& hō deus. Ibi magnus Eliseus in men  
suram suscitandi pueri sese cōtraxit. Ibi  
antiquus diēs prælecto filio suo tuni  
cā induit polymitā. Ibi Rebeccha futu  
rorū præcīa magnificādī filij manibus  
pelliculas hedorū circūdedit & colli  
nuda præxit. Ibi. n. coopante grā sp̄s  
sancti filius a deo p̄re h̄rditandus in oī  
bus gentibus diuinæ maiestatis poten  
tiam s̄situdīne carnis p̄cti coopuit, &  
quasi absconditus est uult⁹ eius in infir  
mitate: un̄ nec reputauimus eū. Ibi cōsi  
lij p̄uidētia inescat⁹ est hamus qui ad  
extrahendū serpentē antiquum in hoc  
mare magnū de cœlo traiectus est. In  
de egressa est armilla aurea ut p̄foraret  
maxilla Leuiathā, ut euomeret mortu  
os nō suos quos ab origine mundi secū  
re deglutauerat. Hortus deliciarū nobis  
sacratissimus tu⁹ uterus o Maria: q̄a ex  
eo multiplicēs gaudij flores colligimus  
quoties mēte recolim⁹ q̄ magna mul  
titudine dulcedinis toti orbi de refulsi.  
Hort⁹ cōclusus tu es dei gēitrix ad quē  
desforandū manus p̄ctōris nunq; itro  
iuit. Tu sc̄tōrū aureola aromātū a cœle  
sti cōsita pigmentario uirtutū oīum sp̄e  
ciosis floribus delectabiliter uernas in  
ter quos pulcherrimos flores tres mira  
mur in te excellētissima. Hi sunt quorū  
odore suauissimo totā domum dñi re  
ples. O Mariā uiola humilitatis, lilij ca  
stitatis, rosa charitatis merito de dei au  
reola flos ille speciosus præ filijs paradi  
si electus est sup̄ quē regeuit spirit⁹ dñi.  
Et cui te assimilabimus m̄ pulchritudi  
nis? Vere paradīsus dei tu es, q̄a lignū

uita mundo ptulisti, de quo q̄ mandu  
cauerit uiuet in æternū fons uitæ, q̄ ex  
ore altissimi p̄dij de medio uentris tui  
exiuit atq; in te in quatuor capite sese  
disperserit ad irrigādā faciē arētis mū  
di emanauit lætificans ciuitatē dei. Oīs  
.n. qui biberit ex eo nō sitiet in æternū,  
& erit plūs q̄ paradīsus hic de cuius aq̄  
sigs biberit sitiet iteq;. O quanta mūdo  
contulisti q̄ tam salubris aq̄ ductus esse  
meruisti. O lampas luculētissima quā  
tos lætificasti qñ splendore dei illustra  
ta desideratū illud lumen quo inuenta  
est drachma decima, sedētibus in um  
bra mortis ptulisti. Te nimis ille epita  
lamij p̄centor a longe intuirus cū admi  
rationis uoce ita prupit. Quæ est ista q̄  
p̄grediē, uelut aurora cōsurgēs, pulchra  
ut luna, electa ut sol terribilis ut castro  
rum acies ordinata? Sicut aurora ual  
de rutilās in mūdo p̄gressa es: o Maria  
qñ ueri solis splendorem tāq; sanctitatis  
iubare p̄curristi, ut uere diem salutis  
dixerim diē propitiationis & diē quē fe  
cit dñs quē tuæ claritati initiari dignū  
fuit. Felix aurora felicitatis diē exiitisti nū  
cia talis dies talē aurorā diē decuit &  
recte q̄dem auroræ implesti officium &  
Ipsē. n. sol iustitiæ de te p̄cessurus ortū  
suum quadā matutina irradiatione p̄e  
ueniēs in te lucis sup̄ radios copiosē trā  
fudit q̄bus ptātes tenebrarū quas Eua  
p̄duxerat in fugā cōuertisti atq; ita de  
sideratū cunctis gētibus solē mūdi inue  
xisti. Tu pulchra ut luna diceris ei q; non  
īmerito cōpararis? Illa. n. oīum astrorū  
sola soli similitima cōparatione & can  
dore uenusta argēteo cæteris in cœlo p̄  
micat siderib⁹. Tu uero solis imago ex  
pressissima inter milia astrorū deo assi  
stentium uirginali puritate in cœlo glo  
riosa p̄fulges. Illa. n. trāsuso in se solari  
lumine noctē n̄am illuminat: tu uirtu  
tum tibi a deo inditā magnificis exē  
plis ad imitationem tui nos prouocās:  
sicq; noctem nostrā illuminas. Qui. n.  
uias tuas insectatus fuerit nō ambula  
bit in tenebris: sed lumē uitæ inueniet.  
Tu ergo pulchra es ut luna, imo & pul

rior luna: quia tota pulchra es & ma  
cula nō est in te, neq; uicissitudinis ob  
umbratio. Tu electa es ut sol, ille in quā  
sol solis cōditor ille. n. electus est ex mi  
libus uiroꝝ, tu electa ex milibus fœmi  
narū. Ille electus ex oībus q̄ sunt, tu ele  
cta ex oībus q̄ per illū sunt, tu terribilis  
ut castroꝝ acies ordinata. Quid. n. An  
nō horruerunt principes tenebrarū qñ  
uiderunt p̄ter morē armatura oī fortio  
re instructā contra se p̄cedere fœminā,  
fœminā fortem ad bella doctissimā cu  
ius ensis sup̄ fœmur suū p̄p timores no  
cturnos? In circuitu eius acies ualidas  
sp̄ualium uirtutum suo se inuicē ordine  
tuentium sigdem ordinatione p̄seuerat  
dies: sed & innumerabilium beatorū spi  
rituū militiam ad ministeriū tantū prin  
cipis delegatā fuisse nullatenus ambi  
mus: ut pote q̄ custo dirēt lectulū Salo  
monis gratissimū ac p̄uiderent ne p̄pa  
ratum æterno regi hospitij alienus ho  
spes iuaderet. Nimis timor & tremor  
uen erunt super eos ita q̄ dicerent ecce  
plūs q̄ Eua hęc: castra dei sunt hęc, fugia  
m⁹ Israelem. Tu ergo bellatrix egregia  
primo eū q̄ primus oīa supplantauit ex  
pugnare uirū aggressa es, tu & sp̄m ela  
tionis Eua uertice humilitatis cōplo  
stisti: qm̄ in te ita respexit dñs ut ipsi⁹ me  
rito super oēs choros angelorū te subli  
mari dignam æstimauerit. Nunq; .n. su  
per oēs angelos gr̄ficata ascēdistes nisi  
prius infra oēs hoīes humiliata descen  
distes. Tu & ardorē ueritē cōcupiscen  
tiæ uirtute castitatis in tua carne uirgi  
nea eaten⁹ extinxisti, ut his in cuius cō  
spectu nec astra mūda sunt tantæ mū  
ditæ carnē tuā iudicauerit, ut et suæ di  
uinæ puritati agglutinare nō despexerit.  
His ergo primarijs ducibus tenebra  
rum a te fortiter expugnatis, oīs ante  
faciem tuā sp̄ualium nequitiarū militiā  
in fugā conuersa est. Gloriosa dicta sunt  
de te ciuitas dei genitrix. Sed adhuc lo  
cus est tuæ laudi: adhuc in tuis laudib⁹  
oīs lingua balbutit. Non. n. sunt loque  
le neq; sermones in natione q̄ sub cœlo  
est q̄bus amplitudo gl̄iæ tuæ ad plenū

ualeat explicari. O pia o magna o mul  
tum amabilis Maria tu nec noīari qdē  
potes qñ accēdas: nec cogitari qñ recre  
es affectus diligētium te, tu nunq; sine  
dulcedine diuinit⁹ tibi insita memoriæ  
portas ingrederis. Et nunc segmur te o  
dñā ex totis p̄cordijs uociferantes ad  
te, adiua imbecillitatē n̄am: aufer op  
probriū nostrū. Vides hanc tunicā pel  
liceam q̄ nos circūdedit tunica Eua pa  
rentis n̄æ est, quā ad nos olim misera  
illa trāsmisit & sup̄ uestiuit carnē filio  
rum suorū sicut diploide cōfusione sua.  
De manu ipsius q̄ppe duplicis mali se  
men terra nostra suscepit & cōcepit et  
peperit nobis spinas & tribulos inigra  
tis in aīa calamitatis in corpe ac p̄ hoc  
mortē utrobicq;. O infelix h̄rditas o di  
ra humanæ carnis infirmitas usq; quo  
patiemur te? Multū dorſa n̄a incurua  
sti, quia grauis es ualde & diu te susti  
nuim⁹. Multū minuisti nos ab angelis,  
e quo & iumentis insipiētibus cōequa  
sti, nimis inualuisti: quæ nō nisi morte  
filij dei sanari potuisti nimis sup̄ nos re  
extulisti qñ & usq; ad eum qui sup̄ oīa  
est icaute ascēdisti. Et q̄s liberabit nos  
a corruptela huius miserimæ pellicu  
læ, grā saluatoris n̄i filij tui, o Maria q̄  
ut infirma n̄a tolleret sp̄ote infirmat⁹  
& ut mors mortis n̄æ ipsa fieret inno  
cens p̄ p̄ctōribus mortuus est. Et q̄s tā  
idoneus ut loquat ad cor dñi nostri Ie  
su Christi ut tu felix Maria q̄ in secretis  
simis amplexibus amātissimi filij tui cu  
bas in meridie sempiterno eiusq; fami  
liarissimo colloquio plena cordis lē  
ticia p̄frueris. Loquere dñā quia audit  
filius tuus & quæcunq; petieris impe  
trabis. Inuoca bonū nomē eius sup̄ nos  
ut curemur a uetusta hac lepra carnis  
& sp̄s. Exurge uirus hoc mortiferum  
quod de pomi sui reliquijs Eua nobis  
ppinauit qñ succi noxialis gustu ebria  
ta est & reliq̄as dimisit puulis suis. Vti  
nam poculū suū ebria illa aut totū ebi  
bisset aut diffundisset. Te dñā exorāte  
oē iugum n̄m cōputrescat a facie olei  
diuinæ misericordie renouet ut aglæ iu

uentus hostra, ut noui noua uocem noui canticum nouis ciuibus aggregati illic ubi noua sunt oia iubilū sempiternū celebrantes in cymbalis iubilationis cōcinnamus. Tollat hęc crassa nebula ab oculis ut reuelata facte gl'ia dñi speculātes in imensum illud pelagus diuini luminis absorbeamur: dñi spū ac deo nostro in uinculis charitatis astricti unū cum ipso efficiamur. Prætet & hoc nobis tuo interuentu o Maria filius tu? Iesus xps deus & dñs nr. Cui laus & gl'ia & gratiarum actio in sempiterna secula, Amen.

*Diui Bernardi abbatis de miseria humana sermo.*

Homo q ex aia rōnali & humana carne subsistis conditionis miserę, replet? multis miserijs. Miser & miserabilis hō paup, cecus, nudus, plurimis necessitatibus subdit? ad cor tuū reuertere. Quid foris uagaris, qd foris quæris, qd in carnalib? studes, quid in secularibus te implicas, quid in uanitatibus te inuoluas, in inferioribus delectaris? Et ab oibus interioribus & superioribus elōgaris: p ea q foris sunt disfunderis? Quāto magis ad mūdum accedis, tāto longius a deo recedis. Quāto magis foris es sapiēs, tāto magis intus stultus efficeris. Quāto magis extralucraris, tanto magis intus pdis. Quanto magis in his q foris sunt uagaris, tāto magis intus euacuaris. Quāto magis in tpalibus es sollicitus, tanto magis es mendicus in spūalibus. Quid est hō q oia ordinas et teipm non uis ordinare? Quid in oib? es prudēs & circa temetipsum es inspiēs? Quid est q ad oia q foris sunt sollicitus es bona facere & temetipm nisi esse malum semp & inutilē? Dormit in te spūs dei: & uigilat in te spūs mundi. Vacat in te rō, & uiget in te sensus, extinguit in te spūs dei, dñaf in te amor mundi. Feruet in corde tuo amor terrenor & morit in te amor æternor & bonor. Mūdū diligis & deū relinqs. Oium recordaris & teipm obliuisceris. Quæ sup terrā sunt desideras & diligis, cœlestia uero non curas, ap-

propinquas ad interitum, & elōgaris a salute. Curris ad diabolū & plongaris a deo. Redi, redi pguaricator hō ad cor q loquit deus pacem eis qui conuertunt ad cor. Omnia mūdi huius tibi dedit deus & tu pp oia relinqs eū. Oia pp te fecit de? & tu pp oia dimittis temetipsum. Propter oia quæ occurrunt tibi dimittis deū, & iccirco oia dimittunt te. Propter creaturas relinqs creatorem, & ideo contra te insurgent oēs creaturæ. Quia offendēdo creatorē offendisti oēm creaturā, & iō creatura q factæ sunt in ministeriū & utilitatē tuā cōuertent in uindictā & poenā tuam. Et ueh tibi erit sine fine, quia noluisti hęc bonum sine fine. Recognosce itaq hō miser recognosce temetipm. Recogita quia nihil fueris. Attē de q uis & malus es. Considera qd futurus es. Plange hō miser plange incessanter pctā tuā. Dele lacrymis malitias & miseras tuas, quia uoluntate ppria peccasti. Displiceat tibi sup oia displiceat tibi toto corde & cōtinuo displiceat tibi q dominū imense maiestatis hntem prātem ois carnis & mittere corpus & aiam i gehennam ausus fuisti offendere. Amarecat tibi amarissime cor tuū q deum sumū p rem incōprehensibilis bonitatis qui benignus & misericors est sup ingratos & malos uoluntarie libēter ac delectabiliter offendisti. Torus displiceas tibi ut totus possis placere sibi qui est summus uerus & solus deus cui nemo placet nisi q sibi metipm displicet et nemo ei displicet nisi q sibi metipm placet. Dissipat namq deus ossa eorū qui hoib? placēt. Et quod altū & pulchrū est apud hoies, abominabile est apud deum. Misæ est de te hō miser ad mala quippe es totus auidus, totus prōptus, totus facilis, totus sapiens, & totus sollicitus. Ad bona autē es totus durus totus piger totus tepidus tot? stultus, totus incredulus & rebellis. Vñ tibi hoc nisi a carne quā diligis & sequeris, quæ uero carnem diligis, carnē seqris, & quæ carnē sequeris opa carnis facis & cum

ea punieris. Carnis tuæ fructus est libido, concupiscētia, inuidia infirmitas. i. fragilitas & dolor, uermis putredo foetens & foetidus foetor. Tu ipse es tenebris ignorātia sic excæcatus ut nescias qd sis, nō attendis quo uadis, non aiaduerst factum tuū neq insidias inimici & tentationes eius fraudulentas intelligis. Totus negligēs es nec cogitas quō tēdere debes, uia nescis, & nō inquiris. Grandis nāq tibi restat uia. Solcite tibi quis cibū uestitū & requiē & oēs carnis necessitates qn indiges. De uita uero & salute aia tuæ semp tepēs non curas licet semp indigeas plenus neq tjs & malitia. Miser hō ut miser pascas corpus & uestias & carnis uoluptatibus q post paucos dies a uermibus deuorabit satisfacias solicit? laboras, discarris, uigilas & somnū nō capis oculis ut repleas uentrē, & p aia tua q deo pñranda est in cœlis, cur nō solicit? fatigaris ut ipsam pascas bonis opibus, & induas uirtutibus, ne appareat nuditas eius? Homo tristis quis semp imple re uentrē, cur nō pascis aiam esurientē, de uase stercois semp curas & de Dei imagine cur nō curas? Pascis sterile & q non parit. Animā autē esurientē nō fatias bonis. Veh tibi erit, quia aia tua pp famē in te deficiet. Veh tibi est, & ueh tibi erit, quia reddis q sunt Cæsaris Cæsari, & nō reddis q sunt Dei Deo, & iō maledictus es a deo & contunderis ab eo, uidē miser hō, quia totū est uanitas, totū stultitia, totū demētia, qd qd facis in hoc mundo præter id solū qd in deū & pp deū & ad honorē dei facis. Quic quid sine deo facis totū est malitia & uanitas, quæ nihil est bonū sine sumo bono. Et magna miseria hois est cū illo nō esse sine quo non pōt esse un hō miser q ad similitudinem & ad imaginē dei creatus es, & pp nimia charitatē dñi nostri Iesu xpi a morte æterna ac turpissima redēptus es, & liberatus es, & ad uidē dum claritatē summi dei sola inæstima bili misericordia sua uocatus es & plurimis bñficijs ex quo esse cœpisti ab al

tissimo patre totius bonitatis ad uitam æternam hūdam p unicum filiū suū inuitat? es. Miser hō recognosce hūc honorem intellige dignitatē tuam, quæ tanta maiestate honoratus es. Aeternus n. deus & imensus creauit te formauit te, redemit te, & inuitauit te. Maximus honor & amplius amor. Cognosce o hō honorē tuū & curre grās agēs ad inuitatorem tuū ne forte si igratus ire nolueris, aut uilla, aut boues, aut uxor te impedierint iratus dñs iubeat te succēdi, & tibi hostiū uitæ æternæ in ppetuum claudat. Cognosce ergo o hō honorē tuū, & honora creatorem tuū. Sed heu hodie pōt recte dici, hō cum in honore esset nō intellexit, cōparatus est iumentis inspiētibus & stis factus est illis. Dignum certe & iustū est, ut q socius noluit esse angelor fiat stis iumentor & q destruxit in se imaginē et similitudinem dei dignum est ut imago & similitudo iumentor adhæreat ei. Cognosce te ergo o hō miser cognosce te meliorē auib?, meliorē cunctis aiantibus, noli esse stis iumentis inspiētibus q solā uitā pntem cogitāt q tm carnalia & tēporalia diligūt, quæ nec alia sciūt. Hō nō te subijcias carni nō sis amator mūdi nō te iustineas esse filium diaboli pp honorē potentissimi & sapientissimi & incōprehensibilis pñs tui altissimi dei æterni, pp nomen de admirabile nō te cōstituas ad uersariū & homicidā tui pp amorē benignissimi dei non te facias inimicū omnipotentis dei, pp unigenitū & dilectum filiū Iesum xpm nō te facias sociū dæmonior & cōbustionis ignis æterni, q redempt? es pñosissimo sanguine agni immaculati: noli tm pretiū uilipendere q p te dei filius dignatus est exoluere ne sempiternis iuoluaris incēdēs. Tūc. n. poenam maximā habebis sine remedio tūc dolorē inopinabilem patieris sine fine & tormēto plenus eris: nunq tm al leuiaberis, quæ q non fleuit qn erat tēpus flendi æterno luctu lugebit, sed sine fructu. Redi ergo ad te hō redi ad spūalia redi ad æterna & cœlestia gaudia, redi

miser redi ad filiū ne tardes cōverti qui te sua p̄tate sua fecit sapientia: redemit sua inenarrabili bōitate, ad se uocauit & expectat adhuc quotidie ut te coronet, quid quis extra illū: qd desideras p̄ter ip̄m? Quid tibi placet sine ip̄o? Ipse fecit oīa, ipse hēt oīa ipse est oīa, quodcunq; bonū cupis, quodcunq; pulchrū quæris, quodcunq; dulce & delectabile requiris totum in ip̄o inuenies & in ip̄o perfrueris, si gaudere uis ip̄le gaudium est, si te pugnare delectat, ip̄le palma est. Si coronari uis, ip̄le corona est. Si uincere cupis, ip̄le uictoria est. Si potētiam desideras, ip̄le potētia est. Si fortitudinē q̄ris, ip̄le fortitudo ē. Si iustitiā uis h̄re, ip̄le iustitia ē, si amas sapiam ip̄le fons sapiæ est, si charitatē uis, de<sup>9</sup> charitas est, si diuitias appetis, ip̄le diues est. Si pulchritudinē uis h̄re summa pulchritudo ip̄le est. Si plenitudinem q̄ris oīs boni, ip̄le plenitudo est. Si gl̄iam & honorē cupis, uera gl̄ia & summus honor deus est. Si pacem uis, pax æterna ip̄le est. Quicq; boni q̄ris, summū bonū & oē bonū ip̄le est. Imo semp est totus desiderabilis totus dulcis totus amabilis totus suauis & tot<sup>9</sup> delectabilis. Ip̄le semp ubiq; totus est: ubicūq; fueris sine ip̄o male eris & male tibi erit, & ubicūq; fueris cū ip̄o bñ eris & bñ tibi erit. Subh̄ce itaq; te totū ei q̄ te totū fecit a quo oīa hēs. Cui<sup>9</sup> gr̄a oīum momēto uteris serui semp ei q̄ nō patit oīa nocere tibi, quæ semp nocerēt tibi libenter: siue iſtimitates, siue hoīes, siue bestię uel dāmōes uel q̄cunq; alia. Serui semp ei q̄ non sinit te cadere in omnia p̄ctā, q̄ non p̄mittit ut inferas tibi oīa mala ac dāna q̄ libēter faceres. Totus semp amā p̄rem, & filiū, & spiritū sanctū solum uerū & summū bonum q̄ semper solus uere & summe te diligit. Placeat igit tua uolūtas sibi & uolūtas eius semp placeat tibi. Semp cōcordate cum eo: semp sequere eius uoluntatē in oībus q̄ semp bonū tuū uult q̄ nihil aliud curat nisi salutē tuā cuius uolūtas ad miserandū tibi est beniuola, & dele-

ctat bñfacere tibi. Nunq; putas teip̄m magnum amicum tibi? Magis amicus est deus tibi q̄ tu ip̄se tibi: qm̄ magis ip̄se diligit te quā tu temetip̄sum. Nunq; credis alterius auxilium fortius aut alterius cōsiliū utilius? Erras si id credis. Stultissimus & dementissimus es, q̄ tua desideria uel aliorū sequeris, & illius cōsiliū dimittis, q̄ semp est amicus dulcis sapiēs & pius cōsiliarius & saluator & sup oīa adiutor fortis & potens pater futuri seculi & princeps pacis, Amen.

*Diui Bernardi de pugna spiritali.*

*Sermo primus.*

**Ex diues & potens deus oī-**  
**r potēs filiū sibi fecit hoīem quē**  
**creauit.** Cui sicut puero delicato pedagogos delegauit legē p̄phetas ceterosq; tutores & authores usq; ad p̄finitum ip̄s eius cōsummationis & instruxit eū & monuit, dñm eū cōstituēs paradisi. Omnesq; thesauros gl̄iæ suæ ei oīdens & repromittēs si se nō deferreret & neq; deesset bonis eius ēt liberum arbitriū indulsit ut bonū eius effet uoluntariū non coactū. Accepta licentia boni & mali cœpit eū tedere bonorum suorū & concupiscētia sciendi bonū & malū. Egressus igit de paradiso bonæ consciæ noua quærens quæ nesciebat quinulla adhuc nisi bona nouerat, p̄ris legibus & p̄dagogis relictis māducauit de ligno scīæ boni & mali contrauetitū patris & abscondens se miser & fugiēs a facie dñi cœpit uagari insipiens per mōtes altitudinis p̄ ualles curiositatis p̄ campos licitiæ p̄ nemora luxuriæ p̄ paludes carnaliū uoluptatum, p̄ fluctus curarū secularium. Videns antiquus p̄ædo puerū lasciuū sine custode sine rectore p̄cul a domo p̄ris uagantem accessit ad poma, illa inobedientiē manum male p̄suasiōnis illi porrigens. Postq̄ consensum ab eo elicit aggressus est miser & in terram, & in terrena desideria eū p̄cipitās pedesq; i. mentis affectiones ne surgat fortissimis ei secularis cōcupiscētiæ uinculis alligans, manūq;

nūq; operis & oculos mentis: misit eū in nauim male securitatis & flante uehemēter uēto adulationis trāsuexit eū in lōginquā regionē dissolutudinē. Veniēs, ille in regionē nō suam, uenalis factus est oībus q̄ p̄ætergrediunt uiam. Discit porcos pascere, filiquas porcorū māducare. Dedit oīa quæ didicerat, discit quæ nesciebat feruilia. s. opa uinctusq; in desperationis carcere ubi in circuitu impij ambulāt. In mola illa impij circuitiōnis cogit molere emolumēto male conscie. Proh dolor ubi est nūc p̄ ille potētissimus & dulcissimus atq; liberatissimus? Nunq; p̄t obliuisci filiū uteri sui? absit. Nō obliuiscit: condoleat, & conquerit de abñtia & p̄ditione filij. Mandat amicis, sollicitat seruos, omnesq; suscitāt ad reqrendum eū, unus seruos. s. timor ad impium dñi fugitiui uestigia p̄sequēs in p̄fundū carceris inuenit filiū regis carceratibus p̄ctōrū foratibus obstitū, uinculis & cathenis male cōsuetudinis ligatū miser & amētem, & in miseris securū & ridētē. Quem uerbis & uerberibus urgēs ut exiret et rediret tanta miserū confusione deiecit ut sicut morti iā uicinus iaceret, & adheret in terra ueter eius. Ingressus est eodē uestigio alius cui nomē ip̄es uidēsq; filium regis a timore nō erutū sed obrutum, nō adiutum sed deiectū, accessit leniter & suscitās eum a terra inopem & de stercore erigēs pauperē. Leuansq; caput eius & coacta in unū ueste cōsolationis oculos eius detergēs & faciē. Heu inq; quāti mercenarij in domo patris tui abūdant panibus, tu autē hic famē peris: Surge obsecro & uade ad patrem tuum & dic ei. Pater fac me sicut unū ex mercenarijs tuis. Tunc ille tandem uix ad se reuersus modicū. Tu ne es inquit spes. Et quō spei potuit itroitus patere in tam horrendū p̄fundum desperationis meq; Ego sum spes a p̄re tibi trāsmissa, te adiutura, te nō desertura, donec te introducā in domū patris tui & in cubiculū genitricis tuæ. Et o inquit ille dulce leuamē laborū, dulcis cō-

solatio miserorū. O una non infima de tribus cubilis regij, assitricibus, uides carceris mei p̄fundū imane, uides uincula mea q̄ tñ ad ingressum tuū maxima iam ex p̄te dirupta sunt, & dissoluta? Vides captiuatorū meorū imanem multitudinē, fortitudinē, uelocitatem, astutiam. Et q̄s est locus. At spes, ne timeas, inq; q̄ nos adiuuat misericors est qui pro nobis pugnat oīpotens est pluresq; nobiscū sunt q̄ cum illis. Sup hęc oīa adduxi tibi a patre equum desiderij, cui eū in sederis me duce ab his oīs securus p̄ficieris. Duxit & mollibus stramentis piæ deuotionis submissis & bonorū ex emploꝝ calcaribus additis equo desiderij imposuit filiū regis. Sed frænū defuit tanta erat festinatio fugiēdi. Illico equus currit ut effrænis trahit spēs ante timor uerberibus urget & minis. Tunc uidētes hoc cōturbati sunt principes edon robustos Moab obtinuit tremor obriguerūt oēs habitatores Chanaā. Irruat sup eos formido & pavor in magnitudine brachij tui: sicut imobiles quasi lapis donec p̄trāseat filius tuus iste quē possedisti. Sed cū sic seruit p̄cipites: effugiūt q̄dem: sed nō sine periculo, q̄ sine mō & sine cōsilio, pp̄ quod a p̄re trāsmissa accurrat prudentia una de summis principibus paradisi. In comitatu hñs amicam libitēperantiā & tenēs currētes partius, inq; obsecro partius. Qui festinus est pedibus offendit si sic curritis offendetis. Si caditis filium regis quē suscepistis liberandum inimicis redditis, nam si ceciderit illico manus eorū sup eum. Hoc dicēs frænū discretionis ip̄osuit feruido illi equo desiderij eiusq; habenas rēperantē cōmisit regēdas cumq; timor de uicina uirtute inimicorum: & tarditate fugē causaret. Vade inquit prudentia retro Satanas, scādalum es nobis fortitudo, & laus nostra dñs & factus est nobis in salutē & ecce fortitudo miles dei egregius accurrēs p̄ campū fiducie extracto gladio lætitiæ. Nolite inquit, nolite turbari plures nobiscū sunt q̄ cum

illis, tunc prudētia coelestis curiæ assue-  
ta consilijs, caute inq̄t, obsecro q̄a heredi-  
tas ad quā in initio festinat sicut dicit  
Salomon in fine bñdictione carebit, p-  
ficissimī ergo non tam festinanter q̄  
prudēter. Inimici non sunt in itinere sed  
iuxta iter scandalū solent ponere in bi-  
uijs & triuijs & uiarū anfractibus, p̄ce-  
dam itaq̄, uos autē tenete uiam iustitiæ  
& uelociter iducemus uos in castra sa-  
pientiæ quæ iam p̄cul nō sunt a nobis.  
Sapia. n. est de qua dicit cōcupiscis sa-  
pentiā, discē iustitiā. Sic itaq̄ dum uia  
urget timor, spes trahit, munit fortitu-  
do, temperātia moderat̄ prouidet & i-  
struit, prudētia ducit & p̄ducit iustitiā.  
Appropinquat filius regis castris sapie  
quæ noui hospitis audito aduētū p̄oc-  
cupat eum q̄ se concupiscit occurrit &  
oñdit se in uñs hilariter. Fossa p̄funde  
humilitatis castra cingebat. Supra quā  
fortissimus & pulcerrimus murus obe-  
dientiæ ædificatus celos penetrabat  
quē bonorū exēplorū hystoriæ undiq̄  
depictę mirabiliter decorabāt. Aedifica-  
tus. n. erat cum p̄pugnaculis, mille cly-  
pei ex eo dependebāt, oīs armatura for-  
tium porta p̄fessionis oibus patēs. Iani-  
tor in limine dignos iducēs & idignos  
abijciens, p̄co sup̄ portas clamans sigs  
diligit sapiam ad me declinet & eā in-  
ueniet & eā dum inuenit beatus est  
si tenuerit eā. Huc filius regis occurrē-  
tis sibi sapiæ ducatu introductus im-  
uolnis deportatus familiæ regiæ uallat̄  
obsequijs ad mediæ ciuitatis arcē per-  
ducitur ubi ædificauit ipsa sibi domum  
excidit colūnas septē, subdidit sibi gen-  
tes sup̄borum ac sublimiū colla p̄pria  
uirtute calcauit, ibi collocat̄ in loco sa-  
pientię quē ambiūt lx. fortissimi ex Isrl̄,  
uniuscuiusq̄ ensis super foemur suū. Ad-  
est Dauid in tympano & choro i chor-  
dis & organo ceteriq̄ coelestis curiæ  
paranymphī. Gaudētes & exultantes  
magis sup̄ uno p̄ctōre p̄niam agente, q̄  
sup̄ nonagintanouē iustis q̄ nō indigēt  
p̄niam. Cum ecce ueniēs ab aglone uetus  
turbinis & ignis inuolūēs totam cōcul-

lit domū, sapiæ castra turbauit. Egres-  
sus est. n. Pharaō cū curribus & eq̄tib⁹  
persequēs fugientē Israel. Cogitauerūt  
etiam unanimiter aduersus eū testm̄ di-  
spouerunt tabernacula idumæorū &  
Ismaelitæ. Moab, & Agareni, Gebal,  
& Amō, & Amalech: alienigenę cum  
habitantibus tyrū. Et. n. Assur ille ma-  
gnus exterminator diabolus uenit cū  
illis. Quid multa, obfessa est ciuitas iā  
surgunt rētationū machinæ. Urget un-  
diq̄ inimicus ille, in insidijs draco: in ap-  
to leo, cogit socios ignes inñcit, p̄fodit  
muros, bella suscitāt, insidias submittit,  
totius urbis minans excidiū. Intus uero  
timor, & angustia, & a uehemēti, & i-  
prouiso hostiū impetu oēs turbati sunt  
& moti sunt sicut ebrius & oīs sapien-  
tia deuorata est eorū, & clamauerūt ad  
dñm cū tribularent, & curriū ad arcem  
sapiæ. Mala nunciant, consiliū quærūt.  
Reuerfa. n. ad se prudētia cōsuluit sapie  
tiam qd̄ factō op⁹ sit, illa accelerandū  
testat̄, & quarendū summū regis auxi-  
lium. Et q̄s inq̄t ibit pro nobis: at sapia  
oratio inq̄t & ne moram faciat in eun-  
do, ascēdat sup̄ equū fidei. Quæ sita diu-  
ofo & in tanto tumultu uix inuēta ad-  
est. Ascēdit illa sup̄ equū fidei, p̄ficiscit  
per uia celi, nec cessat donec intrer por-  
tas dñi in confessione atria eius in hy-  
mnis. Et sicut familiare mācipiū cum si-  
ducia accedēs ad thronū gl̄iæ dei expo-  
nit necessitatis suæ negotiū. Audito rex  
filij periculo cōuersus ad cōsortem re-  
gni sui charitatē. O inq̄t quem mittā et  
qs ibit ē nobis. Ecce inq̄t illa ego, mit-  
te me. Tunc rex p̄ualens inq̄t p̄ualebis  
& liberabis eū. Illico egressam a facie  
dñi reginā celi charitatem tota comi-  
tatur milita cœlestis. Veniensq̄ & de-  
scendens in castra a uirtute & lætitiā p̄-  
sentiæ suæ illico oīa exhilarauit cōmo-  
ta cōposuit, turbata placauit. Reddita  
est lux miseris timidisq̄ fiducia. Redit  
corā spes q̄ poenæ aufugerat fortitudo  
q̄ poenæ corruerat. Resumit cōstātam  
tota sapiæ milita. At inimici ciuitatem  
obsidētēs. Quæ nā est inq̄t tāta exul-

tatio heri & nudius tertius ueh nobis ue-  
nit deus in castra. Veh nobis fugiamus  
Israelē, dominus enim pugnat p̄ eis  
contra nos. Sic & fugientibus inimicis  
gratiæ dei imperus lætificat ciuitatem  
Dei sanctificauit tabernaculum suum  
altissimus. Deus in medio eius non cō-  
mouebitur: adiuuabit eam deus mane  
diluculo. Conturbatæ sunt gentes &  
inclinata sunt regna: dedit uocē suam  
mota est terra. Dñs uirtutū nobiscū su-  
ceptor n̄ deus Iacob. Suscipiēs. n. pue-  
rum dei & puerum suū regina charitas  
erexit ad cœlum p̄riq̄ deo p̄itauit, cui  
p̄ placidus & serenus occurrēs cito in-  
q̄t, p̄ferte stolā primā & induite illū &  
date anulū in manu eius & calciamēta  
in pedibus eius & p̄ducite uitulū sa-  
ginatum & occidite. Epulari. n. & gau-  
dere oportet gaiste filij meus mortu⁹  
fuerat & reuixit, perierat & inuēt⁹ est.  
Nota hic quatuor in pueri n̄ri liberatio-  
ne: primo p̄niam sed fatuā, secundo fu-  
gam, sed temerariā & irrōnabilē. Ter-  
tio pugnā sed tepidā & meticulosam.  
Quarto uictoriā ualidā & sapientem.  
Quæ oīa in uno quolibet fugiēte de se-  
culo ueniēs primo. n. hebes & insipiēs,  
postea p̄æceptus est & temerarius in p̄-  
speris, deinde tepidus & pusillanimis in  
aduersis, postremo puidus & eruditus  
& p̄fectus igne charitatis, peccātes pri-  
ma excipit negligētia sui, deinde curio-  
sa rerum exteriorū & ad se nō p̄tinētū,  
deinde ipsarū rerum cōcupiscentia. Cō-  
cupiscentiam sequit̄ cōsensum, cōsensum cō-  
suetudo, consuetudinē contēptus, cōtē-  
ptum malitia. i. affectus & delectatio  
p̄cti. Negligētia tardat, curiositas imp-  
edit, concupiscentia ligat, consensus strin-  
git uel obdurat, consuetudo trahit, con-  
tēptus p̄cipitat, delectatio icarcerat  
carcere desperationis, quare p̄ctōr dū  
uenerit in p̄fundū desperat. Veniēs autē  
spūs sanctus & uisitans miserā animā p̄  
septiformē grām suam primū infundit  
ei timorē, timori subinfert pietatem, ut  
miseriā timoris suauitas cōsolect̄ pietati-  
tis, pietatis sciām. i. ut sciāt uti & timore

& pietate ne a timore tristitia abundā-  
tior absorbeat, ne a pietate p̄sumptio  
uana p̄cipitet sciæ fortitudinē. i. contra  
tēptationes, & ut p̄ficiat̄ in bono, non  
tm̄ sciæ sed etiā fortitudini cōsiliū, ut  
nec sciæ, nec fortitudini nimīū credat̄.  
Sed oīa cum cōsilio agant, consilio itel-  
lectum ut iā in inferiori cordis sui legat  
p̄ se nō solum queq̄ cōsulant hōes: sed  
etiam q̄ sit uolūtas dei bona & bñ pla-  
cens & perfecta. Intellectui sapiam ut  
quod hactenus cōsilio uel intellectu di-  
dicerat iā ei transeat in affectū, ut p̄ se-  
metipsam ex grā dei sapiat, & sapidū  
ei fiat & dulce quicq̄ hactenus durū  
uidebat & intollerabile. Primum q̄ ne-  
gligētiā opponit timorem, & q̄ timet  
nihil negligit, curiositati pietatē. i. affe-  
ctū ad deū quæ sicut dicit Aps̄ ad oē  
opus bonū utilis est & oīno contraria  
curiositati. Concupiscentiā sciām ut sciāt  
seipsam & in interiorib⁹ suis uagans nō  
egrediat̄ ad cōcupiscentiā seculi ne au-  
diat illud. Si ignoras te pulcra inter mu-  
lieres egredere & palce edos tuos, uel  
ut sciāt q̄ uana sunt & caduca q̄ concu-  
piscit, cōsensui fortitudinē ne uincat̄ ad  
cōsensum: consuetudini cōsiliū, q̄a cū  
uentum fuerit ad cōsuetudinē tunc ue-  
re opus est cōsilio, cōtēptui intellectū,  
quia consilio iā hōiū cōtēptio nisi p̄  
se intelligat periculū suum iam p̄xim⁹  
est desperationi, malitiæ sapiam, q̄a so-  
la sapia uincit malitiā. Destruēs autē spi-  
ritus. i. p̄ septiformem grām suam in aīa  
humana septiformē hanc miseriam sta-  
tim in ea edificat, septiformē beatitudi-  
nē per spm̄ timoris faciēs beatos pau-  
peres spiritu, p̄ spm̄ pietatis beatos mi-  
tes, p̄ spm̄ scientię beatos lugentes, per  
spm̄ fortitudinis beatos esuriētes & si-  
tientes iustitiā, per spiritum consiliij  
beatos misericordes, per spiritum intel-  
lectus beatos mundo corde, per spi-  
ritum patientiæ beatos pacificos, cum  
sapientia uincit malitiā & pax illa  
Dei exultat in corde quæ exuperat o-  
mnem sensum, & hæc est perfectio ser-  
uorum Dei.

Dni Bernardi de pugna spirituali.

Sermo 11.

Ntet Hierusalem & Babyloniam nulla pax est. Sed guerra continua. Habet aut unaquodque civitas regem suum. Rex Hierusalem xps dñs, rex Babylonis diabolus, & cum alterum in iustitia, alterum in malitia regnare delectet, rex Babylonis quos potest de civibus Hierusalem per ministros suos spiritus. Simundos seducit, ut seruire eos faciat iniquitati ad iniquitatem, & in Babylonem trahit. Vnde cum unum de civibus suis constitutus speculator super muros Hierusalem trahi cerneret nuntiavit regi captam perdam in Babylonem duci. Rex vero Hierusalem aduocans spiritum timoris militem in talibus strenuum uade inquit, eripe perdam nostram. Ille aut ut semper est ad omnia imperanti paratus cum uelocitate hostes persequitur & in auribus inimicorum factus est repere sonus tanquam aduentantis spiritus uehementis. Timor. n. super eos intonuit & ad uocem uirtutis eius hostium robur contremuit quos in fugam conuersos timor non longius persecutus est, sed ereptum reducebat ad propria: uerum unus ex aduersis tristitia spiritus non erat cum eis quando timor aduenit. Hic cum cerneret socios sic fugientes, ab insidijs in quibus latebat ortus aduolabat. A timore inquit factum est istud opprobrium omnibus nobis. Ne timeatis a timore isto ait tristitia spiritus. Scio. n. quod factum opus sit. Ibo & ero spiritus mendax in angulis semitarum, & amicum me simulabo timoris. Noui. n. hominem, nec est agendum cum eo uel sed fraude. Vos aut expectate finem. Fecit quod dixerat & uiarum compendia captas precessit timorem. Referens iter per uiam qua gradiebatur timor, obuius ei factus est non amica, sed iniqua cum eo commiscens colloqua, ita ut seducere eum coeperit, & timor, nefcius bono animo sequebatur. Propetiam erat ut eos in foueam desperationis impelleret. Sed speculator regi indicat quod agat. Rex aut Hierusalem unum de militibus spiritus. precipit accersiri, quem cum equo

desiderij & ense letitiae in auxilium iuber accelerare timoris. Fidelis miles ad imperium regis egrediens cum peruenisset ad locum uibrans ensen letitiae tristitiam effugauit. Sicque liberatum conciuem & impositum equo desiderij procedens trahebat funiculo promissionum, & timor sequens urgebat facto flagello de funiculis peccatorum. Ibat igit uoluntarius equus hinc attractus inde compullus. Sed in tam rapido cursu timendum ei fuerat de aduersariorum incursum. Vnde & collegerunt milites Babyloniam consiliu dicens: Quid facimus quia sic euasit, quem iam cum securitate possidebam? Quo plausus inferni uersus est in planetum, & per solos duos milites gaudium est in caelis super sui liberatione conciuis. Vnus aut ex eis caeteris negotiorum cum sceleris huius operifex esset, perphanum consiliu protulit. dicens. Vos nescitis, nec cogitatis, quia modo ad capiendum phas sitis? & sic captus difficiliter eripi possit. Vos igit a longe persequimini ego me in angelum lucis transfurabo, & ut ignaros uiam tanquam aduenas & peregrinos docedi simulatione decipiam. In hunc igit modum fraude exposita regi nostro speculator annunciat quod agatur. Venire quidem hostem equo impositum desiderij, sed plus oportet perperare, eo quod fraxnum & sella descendent. Hostes inquit a longe persequuntur. Alij tanquam inueterati dierum malorum uiarum compendia captant: Sed & nunc unum uideo in quo amicorum nostrorum reducecet effigies, a nobis tamen non ille exiuit. Necesse est eam qui interrogare nouerit eum, noster es an aduersariorum. Porro rex cuius animo semper cura sollicitat animarum duos suos consiliarios ei mittit, prudentiam. scilicet & temperantiam, quarum temperantia quidem fraxnum discretionis imposuit, & spem moderatius incedere persuasit. Prudentia uero timorem increpas & arguens improbitatis eum de futuro comonuit, & equo sella circumspectionis apposuit, ut non caderet assessor eius retro. scilicet peritri confusione peccati, ante meditationem iudicij, a sinistris patientia muniret,

a dextris humilitate. Porro spes & timor dedere calcaria, spes in dextro pede expectationem promissionis, timor in sinistro metum supplicij. Et facta mora cum aduersarasceret, & inclinata esset iam dies sursum congregati sunt hostes in multitudine ut dimiceret contra eos. Pauet timor, spes accelerat, sed uix tandem eos ad consiliu prudentia temperantiaque reuocauit. Et illa uidetis, inquit, quia nox appropinquauit, dies precessit, & ambulat in tenebris quos uadat. Porro nobis grandis restat uia, nec parua est hostium multitudo. Est aut miles quidam regi nostro fidelissimus, quem ego noui hinc castrum prope nos positum, & firmum est habitaculum, quia in petra posuit nidum suum. Diuertamus ad illud si placet, quia bonum est nos illic esse. Quod cum placuisset omnibus, & ducem itineris quaesissent ait prudentia: Armiger meus ro praecedat nos, est. n. gnarus uiam, & notus iustitia ut pote consanguineus. Praecedete itaque ratione, & caeteris subsequentiibus anteuertit ratio, & salutata iustitia nuntiavit hospites aduentare. Quae res illa quae sunt, unum ad quod ueniant sciscitatur. Et cum recognouisset hilari uultu surgens fugientibus occurrit cum panibus, & obuiat illis quasi mater honorificata, susceptaque animam ab equo deposuit. & in penetralibus domus auidam collocauit insequit hostilis exercitus & castrum obsidens inquit si quos forte patefecit ingressus, ac tanquam leo rugiens circuit qurens quem deuoret. sed cum illud undique munitum inuenit: tetoria figunt, & excubias ordinant ne quis ingredi, uel egredi ualeat ut mane facto instructis machinis diruant, & irruant super eos. Interim timor pauiditate, & sollicitudine non piger, nec unquam securus comilitones excitat, iustitia conuenit, de munitione loci, de preparatione armorum quaerit, adhaerens ne forte sustentationi deficiat alimentum. Ad haec iustitia respondit. Situs loci ut animaduertere potestis saxosus, & inaccessibleis est, paucos habet idigenas quos arido ordeacei panis cibo sustentat, &

nunc suspensum nobis quoniam panes ordeacei, & duo pisces. Et timor: Quid haec inquit sunt inter tantos. Coepit igit magis pauere, & tedere, & arguens animam, quod ab equo desiderij discedisset illud sapius memorabat esse nouissima hominis illius peiora prioribus. Ego. n. ille ueloci cursu festinus aduolabat ad urbem, nunc solius rationis commissus ducatur ipsa, inquit uidetis si non melius erat tunc magis quam nunc. Papae iam. n. aduersus spiritum contraria sentientem timor insurgeret, sed temperantia prudentiam aduocauit. Accersita prudentia improbitatem timoris obiurgans in aduersarios inquit o timor mucro defauiat. Nescis quia rex noster rex uirtutis est dominus fortis & potens dominus, potens in praetio. Est igit nuntius quod suorum necessitates exponat adiutorium flagitet auxiliatore ad ducat. Et quis ire poterit, ait timor: Tenebris operiunt terram, et muros obsidet hostium paucil multitudo, & nos ignari tanquam in regione longinqua. Aduocant igit hospitem suum iustitiam. Si quod inquit potes adiuua nos. Quibus illa bono animo estote: est. n. mihi nuntius fidelissimus regi bene notus & curia oratio. scilicet in secreto noctis silentio pignotas semitas archanae caeli penetrare & cubiculum regis adire, & opportuna importunitate pium regis animam insecutere non in doctus supplicatione miserabili laborantibus auxiliu solitus impetrare. Est ille si placet ecce. n. presto est. Cumque omnes rēdissent placet, prudentia quod regi insinuet dictante, iustitia ut fidei agat, & ne uacuis reuertatur precipiente, caeteris, & maxime timore ut iter acceleret deprecantibus occultos quosdam muri exitus dimissus. At ille hostium cuneos penetrans securus omnia aue uelocior in momento in ictu oculi usque ad portas nouae Hierusalem peruenit. Quas cum clausas reperisset, & pulsasset ianitoribus aegre ferentibus quod in respectate noctis silentio ciuitatem impleret clamoribus, & regi ipsi non uerere impertunus existere. Ille perseuerabat pulsans, & amplius loquebatur, aperite inquit mihi portas iustitiae, & ingressus in eas confi



tebor dño regi nostro in ore meo secū dum multitudinē dolorum meorū qui sunt in corde meo. hęc ingt porta dñi mei, iustitia me misit ad uos ut introducar ad regē, q̄a ad ip̄m habeo secreta q̄ perferā. Vox turturis audita est in terra nostra. Et cū cognouissent nūcium esse iustitiā, introduci eū pręcipiūt. Ingressa orō ad regem adorauit eū, & ait Rex in æternum uiue. Et ille: Recte ne sunt oīa circa dñm tuum & q̄ illius sunt? Et oratio: Recte dñe uestri gr̄a. Porro unū est necessarium. Seruus ille p̄ a cornibus unicorniū captus: sed ad imperiū regis erept⁹ diuertit ad militē uestrum dñm meum. En dñe mi terra illa australis & arēs est & cibū non hēt. Det dñs bñdictionem, & terra nostra dabit fructum suū. En cōgregati sunt hostes in multitudinē ut dimicent contra nos, & ignoramus qd̄ agere debeamus, & nos fatigati sumus ieiunio hodie. Da nobis dñe auxiliū de tribulatione, q̄a non est aliud q̄ pugnet p̄ nobis nisi tu deus noster. Porro rex noster cuius natura bonitas, motus his lacrymis, ait, Quē mitemus? Ad quē charitas. Ecce ego dñe mitte me. Rex aut̄ querebat de socijs. Sed charitas domesticā sibi familiā dixit sufficere. Bax̄t̄ igit̄ una cū comitatu suo illo nobili. gaudio, pace, paciētia, longanimitate, bonitate, māuetudine, benignitate, fide, modestia, continētia, castitate. His stipatus dux insignis progreditur, certusq̄ de uictoria erecto signo triumphali primā p̄rās̄t̄ inimicorum, secundamq̄ custodia. Cumq̄ uenisset ad portā ferream ciuitatis ultro apta est eis. Ad cuius ingressum facta est leticia magna in oppido. Cūq̄ suadente gaudio uociferarent oēs, & acclamerent exortus clamor castra exterorū perterruit & illi quę ingunt uox ista exultationis auribus nr̄is de castris Hierusalē, non erat ita heri, & nudiustertius. forte uenit eis auxiliū, & impetū facient in nos. Fugiamus Israelem dñs. n. pro eis cōtra nos pugnat, interim charitas motē impatiens ordinari exercitiū aperiri

portas, & p̄sequi cōcepit inimicos ap̄te, denunciāns uadā ad portas inferi sicq̄ uno ipetu uniuersus charitatis exercitus p̄cedit. Quos Babylonū nō ferentes fugiunt, sed nō effugient. Cadent siquidem a latere timoris mille, & a dextris charitatis decem milia. Amen.

*Diui Bernardi Abbatis de pugna spiritali, Sermo tertius.*

Nter Hierusalem & Babyloniam ordinatæ sunt acies ad bellum. Hinc David manu fortis acie p̄ducit uirtutum terribilē & ordinatam. Inde Nabuchodonosor Babylonis spūalia neq̄tiæ suumq̄ illum uitiorum tumultuosum exercitiū dirigit ex aduerso. Proccedit de castris David tyrūculus nouitius nup̄ in militia regis iuratus, & p̄ manus ipsi⁹ David uerbi del gladio accinctus & spūalibus armis insignitus ingētes gerēs aios & cōtra regis edictum ad faciendum sibi nomen, plusq̄ ad hostē uiuendū impatiētissimus. Equus erat ei seruidus p̄p̄riū corpus de succo adhuc seculiforis uiridis lasciuus animisq̄ eius cōueniēs, cui insidens ferebat insignis castrorumq̄ suorum dedignās disciplinā, cōtemptris socijs stolidā quadā p̄sumptionē longe p̄ ceteris progrediebatur astuans & anhelans ad faciendum sibi nomē. Vidēs David impetuofam ei⁹ p̄sumptionē per filium suum Salomonē sub interminatione ei mandauit. Veh soli quia si ceciderit non habebit subleuantem. Cuius ille monita paruipēdes cū sibi uel alijs offendere magnę uirtutis suæ q̄reret occasiones & p̄clarum aliqd̄ facinus moliret, cōspicatur eminens in pre hostili unū de inimicis fortis malitiæ astutæ nequitig arma hñtem ignea manusq̄ plenas iaculis igneis multos uulnerantē, uulneratos occidentē, occisos cōculcantē, facile capientē, difficile relaxantē: spū fornicationis. Hic se oñsū p̄sumēs p̄clarā uirtutē suam impetū in eū dirigit & promptū illū equū suū ieiuniorū uerberibus, & uigiliarū calcaribus perurgens totus fert in illū. Clamat a tergo

prudētia p̄ce p̄ce, clamat discretio sustine sustine: totuscq̄ eum cōcrepat. Dauidicus exercitus quos ille oēs surda aure p̄teris fert miser totus in malū suum & nescit uidēs Nabuchodonosor infremuit & malum ei parās dolos p̄mittit. Occurrunt. n. illi a latere in p̄ceps uerū forores duæ supbia & uanaḡia acclamātes ei in dolo euge euge. Quibus ille miser nimis credulus tot⁹ fert in p̄ceps & nescit q̄ iam undiq̄ eū circūuallent insidiā. Spūs q̄dem fornicationis iā crebro tales & talū impetus exptus fugā simulat & delusum miserē seq̄ puocat donec p̄ patentē portam in medio Babylonis introductū suis illum socijs tradidit illudendū. Castrū margia, & fornicatio equum sibi uendicāt nec dñm suū in eo hñe ultra p̄mittunt. Iam q̄ppe deficiebat: iā fatigatus diuertere q̄rebat in medio q̄ppe pugnae sub pugnate ceciderat, & casu suo uehemētē attriuerat sessorē suum. Quem illi cibis Babylonis resectū reimpinguatū suis subdidere seruitijs. In miserē uero ira inuidia ceteraq̄ uitiorū turba cōsurgit & fiducialiter supra dorsum eius fabricāt peccatores. Sed & fornicatio cuius nisi terga fugientis, nil adhuc ille uiderat apta iam facie, & impudētī fronte in eū cōsurgit, & spicula ignea in cor eius torquet gladiumq̄ in ceruicem eius exerit proiectumq̄ in terrā cōculcat, & coco regis Babyloniorū. Nabuzardam eum tradēs ei⁹ imūdis gurgitationib⁹ subdidit illudendū, nec iā patit̄ ut honesta in eum uitia manū mittāt, sed imūdis se curis de cogna regis. i. sedis & horrendis uitijs exhibent irridendū. Sic igitur captus ab inimicis ligat̄ funibus malæ consuetudinis, & p̄cipitat in carcerē desperationis. Rex aut̄ David coopro capite iugebat dicens. Absalō fili mi fili mi Absalō. Vocansq̄ unū de regie cliētelæ ac sedis in hmōi utilem & p̄batū, timorē. s. ad regrendum eū dirigit & obedientiam secū mādauit, ut ereptū de carcere tutelā cōmitteret obedientiæ. Missus timor uenit & suscitāt miserē,

ereptumq̄ de carceralibus claustris, & uinculis sicut sibi iussum fuerat obedientiæ tradidit equū suum & restituit sed ferocē & rebellē, & quix ultra dñm dignaret̄ agnoscere. Quē obedientiā apprehendens, & frano ferreo cohibēs licet renitentē plurimū & recalcitrantē antequo dño subdidit docuitq̄ eum mutare fortitudinem. Susceptū itaq̄ a timore obedientiæ deducēs militem xp̄i per aliā uia reduxit in regionē suā, primāq̄ ei mansionē apud pietatē cōstituit ut. s. aios ei⁹ quos timor exacerbauerat pietas p̄ris reuocātis refocillaret. Secundā apud sciam, ut sciret unde & quo sibi esset redeundū, sciretq̄ uti & pietate et timore, ne pietas extolleret, timor frangeret. Tertiā apud fortitudinē, quæ eū ad peragendū reditus sui iter confortaret. Quartā apud consiliū, ut ulteriq̄ cū consilio oīa faceret, nec a ducatu obedientiæ in aliquo declinaret. Quintā apud intellectū, ut nō iam cōsilio tm̄ hoīum, sed ipse per se iā intelligere inciperet: q̄ sit uolūtas dñi bona: & hñ placēs & p̄fecta. Sexto ad mansionē puenit miles xp̄i sapia hospitib⁹ suis eum p̄sequentibus nec iter eius differentibus ut iā ei sa piat̄ bona dñi & exinde cū Moysē uelut de monte Abarim repromissiones dei incipiat cōtēplari. Et hinc iā puenit in Hierlm̄ in regnum & ciuitatē David in uisionem pacis, ubi beati pacifici filij dei interius & exterius oibus pacificatis ingressi in gaudium dñi sui celebrāt sabbatum sabbatorū. Amen.

*Ex regula beatissimi patris Benedicti de humilitate.*

Lamat nobis scriptura diuina fratres, dicens. Omnis q̄ se exaltat humiliabitur, & qui se hu-

miliat exaltabit. Cum hęc ergo dicit, oñdit nobis oēm exaltationē genus eē supbię. Quod se cauere p̄pheta iudicat dicens. Dñe non est exaltatū cor meū. Neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambulauit in magnis, neq̄ in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui aīam meā. Sicut ab-

Iactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Unde fratres si summam humilitatis culmen uolumus attingere, & ad exaltationem illam celestem, ad quam per penitentiam uita humilitatis ascendit, uolumus uelociter peruenire, actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quae in somno Iacob appuit: per quam ei descendentes angeli, & ascendentes monstrabatur.

Gen. 28. c.

Non aliud sine dubio descensus ille, & ascensus a nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala uero ipsa erecta, nostra est uita in seculo, quae humiliato corde a domino erigitur ad caelum. Latera. n. eiusdem scalae, dicitur nram esse corpus. & animam, in quibus lateribus diuersos gradus humilitatis uel disciplinae uocatio diuina ascendendos inseruit.

Gradus primus humilitatis.

Primus itaque gradus humilitatis est, si timorem dei sibi ante oculos semper ponens obliuionem omnino fugiat. Et semper sit memor omnium, quae praecipit deus. Et qualiter contententes deum in gehennam pro peccatis incidit, & uitam aeternam, quae timoribus deum preparata est, animo suo semper reuoluat. Et custodiens se omni hora a peccatis, & uitis. i. cogitationum linguarum, oculorum, manuum, pedum, uel uoluntatis propriae, sed & desideria carnis amputare festinet. Aestimetur se homo de caelis a Deo semper respici omni hora, & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis uideri, et ab angelis omni hora deo nunciari. Demonstrat nobis hoc propheta. Cum in cogitationibus nostris ira deum semper penitentem ostendit dicens. Scrutans corda & renes deus. Et item, dominus nouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Et item dicit: Intellexisti cogitationes meas a longe. Et quia cogitatio hominis consistit tibi. Nam, ut sollicitus sit circa cogitationes suas puerilis, dicat semper utilis, frater in corde suo. Tunc erit imaculatus coram eo, si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem uero propriam ita facere prohibemur, cum dicit scriptura nobis, & a uoluntatibus suis auertere. Et item rogatur deum in omnino.

Psal. 7. c.

ne, ut fiat illius uoluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere uoluntatem, cum cauemus illud quod dicit scriptura: Sum uita quae putantur ab hominibus rectae, quae finis usque ad profundum inferni demergit. Et cum item cauemus illud, quod de negligentibus dictum est. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in uoluptatibus suis. In desiderijs uero carnis ita nobis deum credamus semper esse penitentem cum dicit propheta domino: Ante te omne desiderium meum. Cauendum ergo est ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis posita est. Vnde scriptura praecipit dicens, post concupiscentias tuas non eas. Ergo si oculi domini speculant bonos & malos, & dominus de caelo semper respicit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Et ab angelis deputatis nobis quotidie, die noctuque domino factori nostro opera nostra nuntiant. Cauendum est omni hora fratres, sicut dicit in psalmo propheta. Ne nos declinantes in malum, & iniustiles factos aliqua hora respiciat deus. Et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est, & expectat nos conuerti in melius, ne dicat nobis in futuro haec fecisti, & tacuit.

Gradus secundus humilitatis.

Secundus humilitatis gradus est, si propria quae non amant uoluntatem desideria sua non delectent implere. Sed uocem illam domini factis imitemur dicentis. Non uentilare uoluntatem meam, sed eius qui me misit. Item dicit scriptura. Voluntas habet poenam, & necessitas parit coronam.

Tertius gradus humilitatis.

Tertius humilitatis gradus est, ut quae pro dei amore omni obedientia se subdat maiori, imitans dominum: de quo dicit apostolus factus obediens usque ad mortem.

Quartus gradus humilitatis.

Quartus humilitatis gradus est, si ipsa obedientia duris & contrariis rebus: uel et quibuslibet irrogatis iniurijs tacta conscientia patientiam amplectatur & sustinens non lassescat, uel discedat, dicente scriptura, quae perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Item confortetur cor tuum, & sustine

sustine dominum. Et ostendens fideliter pro domino uniuersa et contraria sustinere debere, dicit ex persona sufferentium, pro te morte afficimur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis. Et securi de spe retributionis diuinae subsequuntur gaudentes, & dicentes, sed in his omnibus superamus pro eum, quod dilexit nos. Et item alio loco scriptura. Probasti nos in ingratum deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro. Et ut ostendat sub priore debere nos esse, subsequitur dicens, imposuisti homines super capita nostra. Sed & preceptum domini in aduersis, & in iniurijs patientiam adimplentes, quod percussus in maxilla praebet & aliam auferenti tunicam dimittunt & pallium. Angariati militario uadunt, & duo, & cum Paulo apostolo falsos fratres sustinet, & persecutiones & maledicentes se benedicunt.

Gradus quintus humilitatis.

Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo aduenientes, uel mala a se absconsequi commissa per humilem confessionem abbati non cellauerit suo hortat nos de hac re scriptura dicens, reuela domino uiam tuam, & spera in eo. Et item dicit, confortemini domino quoniam bonum quoniam in seculum misericordia eius. Et item propheta, delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non operui. Dixi pronunciam aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.

Gradus sextus humilitatis.

Sextus humilitatis gradus est, si omni uilitate, uel extremitate contentus sit monachus, & ad omnia quae sibi iniunguntur uelut operarium se malum iudicet, & indignum. Dicens sibi cum propheta: Ad nihilum redactus sum, & nesciui, ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Gradus septimus humilitatis.

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorē, & uiliorem non solum sua lingua pronunciet, sed et intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum propheta: Ego autem sum uermis &

non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Exaltatus sum & humiliatus, et confusus. Et item: Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discam mandata tua.

Gradus octauus humilitatis.

Octauus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus nisi quod communis monasterij regula, uel maiorum cohortantur exempla.

Gradus nonus humilitatis.

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus, & taciturnitatem hinc usque ad interrogationem non loquat. Monstrat scriptura, quia in multiloquio non effugies peccatum. Et quia uir linguosus non dirigitur super terram.

Gradus decimus humilitatis.

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis, ac propius in risu. Quia scriptum est. Stultus in risu exultat uocem suam.

Gradus undecimus humilitatis.

Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus leniter & sine risu. Humiliter, cum grauitate, uel pauca uerba, & rationabilia loquatur, & non sit clamorosus in uoce, sicut scriptum est. Sauiens uerbis innotescit paucis.

Gradus duodecimus humilitatis.

Duodecimus humilitatis gradus est si non solum corde monachus, sed etiam ipso corpore humilitatem uidentibus se semper indicet. i. in opere, in monasterio, in oratorio, in horto, in uia, in agro, uel ubicunque sedens, ambulans, uel stans inclinatio sit semper capite. Defixis in terram aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, iam se tremendo iudicio dei penitentem existimet. Dicens sibi in corde semper illud, quod publicanus ille euangelicus, fixis in terram oculis dixit. Domine non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad caelum. Et item cum propheta. Incuruatus sum, & humiliatus sum usque quaque. Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensus monachus mox ad charitatem dei perueniet illam, quae perfecta foras mittit timorem, per quam uniuersa, quae prius non sine formidine obseruabat, absque

ullo labore, uelut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire. Non iam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona, & delectatione uirtutum, quæ dominus iam in operarium suum mundum a uitijs, & peccatis spiritu sancto dignabitur demonstrare.

*Dominica infra octauam epiphaniæ. Lectio sancti euangelij secundum Lucam.*



**N**illo tempore. Cum factus esset Iesus annorum duodecim: ascenditibus parentibus eius hierosolimam secundum consuetudinem diei festi: consumatisque diebus cum redirent remansit puer Iesus in hierosalem: & non cognouerunt parentes eius: & reliqua.

*Homilia sancti Bernardi.*

**P**eris a me fili carissime: quatenus ex lectione euangelica: qua duodecim pueri Iesu gesta narrant: aliqua pie meditationis: & sancti amoris elicia femina, & sportulis fratrum commendans, tibi colligenda transmittam. Adhuc nuncius ista ipse loquebatur, & ecce sensu ipsis medullis cordis mei ex quanto ex quali ex quæ ardenti, ex quæ dulci tua id fraternitas petebat affectu, cum subito mihi uenit in mentem ubi aliquando fuerim, quid senserim, quid in me ipso euangelica uerba nonnunquam egerint, uel cum legerentur uel cum cantarent. Respexi miser respexi, & uidi, quæ longe post terga illa sua uia & iocunda relinquerim, quæ longe ab his delictis occupationum & sollicitudinum me funes extraxerint, adeo ut quæ tunc tangere nolebat anima mea, tunc per angustia cibi mei sint. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, cum emissa ad me manus domini tetigit cor meum & unxit illud unctioe misericordie sue, cernens in ipso inquisitionis tuæ modo: quid luminis, quid splendoris tuus mihi instillabat affectus. cum insinuari tibi flagitares, puer Iesus triduo illo, quo querebatur a matre, ubi fuerit, quosit usus

hospitio, quibus cibus alitus, quorum delectatus consortio, quibus negotijs occupatus. Sentio sibi mihi, sentio ea ipsa quæ familiariter, quæ affectuose, cum quibus lacrymis in orationibus tuis sanctis ab ipso Iesu soleas sciscitari, cum ante oculos cordis tui illa dulcis pueri dulcis uersat imago. Cum illi speciosissimum uultu spirituali quadam imaginatione depingis, cum oculos illos suauissimos, simul & mitissimos in te iucundius radiare persentis. Tunc ut uidetur mihi intimo clamans affectu. O dulcis puer, ubi eras? Ubi iacebas? Quo utebaris hospitio? Quo fruebaris consortio? Utrum in celo? Utrum in terra? An in domo aliqua interim morabar, uel certe cum aliquibus tuæ ætatis puerulis, secreto loco consistens, eis secreta mysteria profundebas? secundum tuam in euangelio uocem. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite prohibere illos. Felices si qui fuerint illi, quibus tot diebus tam familiariter tuam præsentiam indulsisti. Sed quid est mihi dulcis dominus. Quis sanctissimæ matri tuæ quærenti, dolenti suspiranti non compatiebaris? Denique ipsa, & pater tuus dolentes quærebant te. Immo tu domina mea dulcissima, cur dominum quærebas, quem deum esse non ignorabas? An ne cruciaretur fame ne frigore uexaretur, ne ab alio quolibet ætatis suæ puero iniuriaretur formidabas? nonne ipse est qui pascat omnia, omnia nutrit qui fenenum agri quod hodie est, & cras in libanum mittitur gloriosus Salomone uestit & ornatus? Quin potius domina mea pace tua dico: dulcissimum filium tuum cur tam facile amulsisti, tam incuriosè custodisti, tam sero quæderat aduertisti? Utinam & mihi inspirare dignaretur ipse Iesus. Quid sibi sic quærenti, sic flagitanti sic æstuanti, interno & spirituali sermone responderit, ut nota tibi scriberem, & gustata eructare sufferrem. Videamus tamen si placet, quidnam sit quæ dominus Iesus in bethleem nascitur, latet in Aegypto, nutritur in nazareth, & inde duodennis ad templum, & metropolim ciuitatem ascendit, nec

tamen solus sed sub parentum disciplina. Ut quid ista omnia? Quia profecto dux est dominus meus Iesus, quia medicus, quia doctor. Quia ut dux exultauit, ut gigas ad currendam uiam, quia a summo caelo egressio eius, & usque ad Bethleem descensus eius. Ibi plena celestium odoramentorum relinquens uestigia, posuit tenebras. I. Aegyptum latibulum suum. Et cum sedentibus in tenebris, & umbra mortis lucem supernæ gratiæ infudisset, etiam Nazareth sancta sua presentia nobilitauit. Sicque nazarenus effectus in templum introducit, ut quæ puer discens non docens audiens & interrogans, & in his omnibus a parentum disciplina non recedens. Sic domine sic precedis miseros, sic sanas ægros, hanc uiam errantibus, hanc ascendentibus scalam, hunc exilibus redditum demostras. Quis dabit me bone Iesu tuis inhære uestigijs, & sic currere post te, ut quandoque apprehendam te? Ego prodigus ille filius, qui accipi ad me substantiam meam, nolens custodire ad te fortitudinem meam, profectus sum in regionem longinquam, regionem dissimilitudinis, comparatus iumentis insipientibus, & similis redditus illis. Ibi dissipauit omnia bona mea uiuendo luxuriosè, & sic cepi egerere. Infelix egestas cui & panis defuit, & porcorum cibus non profuit, seque quædam animalia immundissima: errauit in solitudine in inaquoso. Uiam ciuitatis habitaculi non inueni. Esuriens & sitiens anima mea in malis contabuit, et dixi. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereor? Dum sic clamarem ad deum exaudiuit me deducens me in uiam rectam, ut in ciuitate habitationis. In qua, nisi in illa quæ abundans panibus domus dei patris. I. Bethleem? Constitute tibi dominus misericordie tuæ, quia satiasti animam inanem, & animam esurientem satiasti bonis. Pauper utique ille qui de caelo descendit, & positus in pæpio spiritualium cibus effectus est iumentorum. Et hæc quidē conuersionis, uita quasi spiritualis cuiusdam na-

tiuitatis initium, ut conformetur paruulo; paupertatis suscipiamus insignia, & facti ut iumentum apud te domine presentie tuæ delictis perfruamur. Sed quia scriptum est filii accessisti ad seruituram dei, ita fortiter & præpara animam tuam ad temptationem. Abscondit modicum faciem suam dominus Iesus a nobis non ut discedat, sed lateat. Ecce Aegyptus, ecce tenebræ, ecce turbatio. Sedentes quippe in tenebris, & in umbra mortis ex parte, iocunditatis inopia uincti, & cõpediti ferro, propriè uidelicet duritia cordis necesse est ut clamemus ad dominum cum tribulamur, & ipse de necessitate tua nris eruet nos. Luce. n. consolatiois suæ dissipas tenebras huius tentationis, & gratia internæ cõpunctionis, rumpens uincula interioris duritiæ sereniore uultu nos præcedit in Nazareth, ut ibi inter flores scripturarum, & uirtutum fructus sereniore disciplina nutriti, duodecim annis delicias fortiamur. Sicut. n. dominus Iesus in nobis nascitur, & concipitur: ita profecto crescit & nutritur in nobis, donec occurrat omnes in uisum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cum ergo factus esset Iesus annorum duodecim ascenditibus illis in Ierusalem secundum consuetudinem diei festi, cum rediret, remansit puer Iesus in Ierusalem. Primè itaque ne nos prætereat huius historie suauitas, sciendum id moris fuisse iudæis, ut ascendentes ad diem festum seorsum uiri, seorsum mulieres incederent, ne forte aliquid coinquinationis subreperet præscribenti te lege diuina ut mundi tamen sacris solennis interessent. Unde credibile est puerum Iesum illo tempore nunc patri & uiris adhærentibus ei, nunc matri & mulieribus cõmitantibus eam suæ presentie dulcedinem indulsisse. Cogitemus ergo quanta eorum fuerit fidelitas, qui tot diebus uiderunt faciem eius, & mellifluos eius sermones audierunt, & considerauerunt in homine & puero quædam celestis radiare uirtutis & inter cõfabulationes mutuas mysterium sapientie salutatis inserere. Stupet senes, admirantur iuuenes, & suæ tunc ætatis pueri, morum grauitate, & ser-

monum pondere deterent. Credo. n. in illo speciosissimo uultu tantā gratiæ celestis elegantia refulsisse, ut oium in se cōuerteret aspectū, auditum erigeret, excitarer affectum. Cerne q̄so quemadmodū a singulis rapit, a singulis trahit, senes osculantur, amplectunt iuuenes, pueri obsequunt. Quæ lacrymæ a pueris dum diutius a uiris tenent. Quæ sanctis mulieribus q̄rimoniæ cū paulo plus cū patre, & eius socijs moraret. Credo singulos p̄clamare intimo affectu. Osculetur me osculo oris sui. Et pueris eius p̄gentiā suspiriis? senum cōtubernijs se inferere non audētib? illud facile se cōaptatur. Quis mihi det te fr̄em meū surgentem ubera matris meæ, ut inueniā te foris, & deosculer? Cū hac igit iocūditate ingrediētibus cunctis ciuitatem sanctam contēplare: rogo inter singulas familias q̄pia fuerit, ac sancta contentio, cunctis desiderantibus eius sibi p̄ntiam dulcissimā indulgeri, hæc felix q̄ uicit. Forte ob hanc cām cōsumatis oibus cum redirent, remāsit puer Iesus in Ierusalem: & nō cognouerūt parentes eius, arbitrās. n. unūq̄q̄ esset cum altero, utpote qui amabat ab oibus, & ab oibus petebat. Nō cognouerūt parentes ei? q̄ abesset, donec itinere diei expleto, p̄ singulas familias q̄ s̄ ascendēderant quæreret inter cognatos & notos. Et nō inuenientes regressi sunt in Ierusalem, post triduū aut inuenerunt eū in tēplo. Per illud itaq̄ triduū ubi eras bonæ Iesu? Quis cibū aut potum ministrauit? Quis detraxit calciamenta? Quis mēbra puerilia unguētis fuit & balneis? Scio certe, q̄a sicut uoluntate nostrā sumpsisti in infirmitatē, ita cum uelles ppriam oñdisti uirtutē, & ita cū uelles, h̄s obsequijs nō eguisti, ubi ergo eras dñe Iesu? De his oibus æstimare, uel cōficere, uel opinari libet aliqd, affirmare aut temere nihil licet. Quid dicam deus me? An ut te per oia nostræ cōformares paupertati & in te humanæ naturæ calamitates susciperes, quasi unus est turba pauperū stipem p̄ ho-

stia mendicabas? Quis dabit me buccellarum illarū sic mendicatarū p̄cipē fieri, uel saltem diuini illius edulij religionis saginari? Sed ut ad sublimioris opinionis secreta uertam, prima forte die p̄ntis se uultibus p̄ntauit, non ut cōfederet, sed ut ordine susceptæ dispensationis p̄nam uocē cōsuleret, nō absurda uideēt talis opinio, si æstimet q̄ dei filius de his q̄ in diuina natura, simul ipse cum patre & sp̄u sancto coæqualis, & substantialis utriq̄ disposuerat in forma serui, quā susceperat, hō paruus deū magnum cōsulerit, nō ut disceret, quod ipse cum p̄re in forma dei æternalr nouerat, sed ut ipsi patri p̄ omnia deferreret, obedientiā offerret, p̄ferret humilitatē. Ibi igit in illo secreto cubiculo p̄ntis de baptisate suscitando, de eligendis discipulis & condēdo euāgēlio, de miraculis faciēdis: postremo de tollerantia passionis, de resurrectionis gr̄ia. Cūctis diuino modo dispositis altera iā die angelicis & archangelicis choris suauitatem sui uultus indulgit. Referensq̄ antequam ciuium supnoꝝ ruinam post modicum reparādam uniuersam lætificauit ciuitatem dei. Iam tertia die se cunctis patriarcharū, & p̄phetarū immiscēsa qua a sancto sene Symeone dudum audierant propriū uultus manifestatione approbavit. Sicq̄ expectationis illorū moras, instātis iam redemptionis p̄missione consolans aiā quiores atq̄ alacriores reddidit uniuersos. Merito igitur post triduum inuenit in templo in medio doctorum, & seniorum, ut paterna pietatis de hominum reparatione cōsiliū sicut angelis, & sanctis carne exutis, quantum uidebatur propala uerat, in omnium locorū sacratissimo templo Ierosolimitico, & h̄s primo qui pretiosissimum huius p̄missionis thesaurum in sacris literis conuersabat patulatim inciperet referare, primum audiens & interrogans, deinde sacratissima mysteria p̄diens. Denique mirabantur omnes sup prudentia & responsis eius. Data est hæc pueris & adolescentib?

humilitatis, & reuerentiæ forma, ut in medio seniorū taceant ut audiant, interrogent ut discant. Indica mihi dilectissima domina mea mater domini mei, quid tibi fuerit animi, quid stuporis, qd gaudij, cum dulcissimum filium tuum dominum Iesum inuenires, nō inter pueros, sed inter doctores, cum omniū oculos in ipsum intentos, omnium cerne res aures ad ipsum erectas, cum de prudentia eius & responsis pusilli & magni, docti pariter & indocti loquerent? Inueni, inquit, quem diligit anima mea, tenebo illum nec dimittā. Tene o dulcis domina, tene quē diligis, & triduanam eius absentiam multiplicatis delicijs recompensa. Fili quid est q̄ fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolētes quærebamus te. Iterū domina mea dico tibi. Quem dolebas? Credo non famem, non sitim, non inedia mēmbas puero, quem deū noueras: sed tantum subtractas uel ad modicum ineffabiles præsentia eius delicijs quærebarris. Tam enim dulcis est dñs Iesus gustantibus eum: tam speciosus ad uidēdum, tam suauis ad amplectendū, ut breuis eius absentia, maxima doloris materia sit. Quid est q̄ me quærebatis. Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Iam hic celestium mysteriorum, in quibus per triduū fuerat obseruati, incipit referare secretū. Ut humilitatis & obedientiæ simulq̄ propriæ uoluntatis deserēde seniorum præceptis, etiam utilibus prætermis obtemperandi expressius, & excellentius cōmēdaret exemplum, cum his sublimibus tam utilibus, tam deniq̄ necessarijs prætermis seniorū se subdit uoluntati, ut ait euangelista. Et descendit cum eis, & erat subditus illis, sed quid est q̄ ait euangelista? Scilicet q̄ ipsi nō intellexerunt uerbū, quod locutus fuerat. Nō hoc de Maria dictum arbitror: quæ ex quo spiritus sanctus superuenit in eam & ei uirtus altissimi obumbravit, nullum filij cōsiliū potuit nescire, sed cæteris nescientibus, siue non in-

telligentibus quod dixerit. Maria ut sciens, & itelligens cōseruabat omnia uerba, hæc conferens in corde suo. Memoria cōseruabat, meditatione rumi nabat, & hæc cum cæteris, quæ de eo uiderat & audierat conferebat. Ita etiā beatissima uirgo tunc misericorditer p̄uidebat nobis, ne tam dulcia, tam salubria, tam necessaria aliqua negligentia laberentur, & propterea nec scriberentur, nec p̄dicarentur & sic sequentes, huius spiritualis mane delicijs fraudarentur. Omnia igitur hæc uirgo prudentissima, fideliter cōseruauit. Verecundia tacuit opportune prodidit, & sanctis discipulis & apostolis p̄dicanda commisit. De his uero quæ sequuntur Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud deum & homines. Multi multa dixerunt & diuersi diuersa sentiunt, de quorum sententijs non est nostrum iudicare. Alij animam Christi ex quo creata est & assumpta in deū æqualem cum deo sapiam habuisse putarūt. Alij q̄s creaturā, creatori adæquare timentes sicut ætate, ita eum sapia p̄fecisse dixerunt euāgelistę intentes authoritati, q̄ ait. Iesus aut p̄ficiebat ætate, & sapia, & gratia. Nec misq̄ ingunt si minor dicat fuisse sapia, cū mortalis atque passibilis, atq̄ per hoc beatitudine minor tunc fuisse ueracissime p̄dicet. De horū sententijs iudicet quisq̄ ut uelit. Mihi sufficit scire, & credere dñm Iesum ex quo cū deo i unā est assumptio personā, fuisse p̄fectū deū, ac p̄ hoc p̄fectā sapiam, p̄fectā iustitiā, p̄fectā beatitudinem, p̄fectā fuisse uirtutē, & esse & q̄cqd de eo secūdū subam dici p̄t, de eo potuisse dici et cū in utero fuisset m̄ris non ambigo. Nec iō aut resurrectionē, aut mortalitatē, aut passibilitatem abrogamus cū eum nō fantastice, sed uerè hoīem esse confiteamur, & uerā hominis fuisse naturā in qua potuit proficere. Vtrum ætate aut sapia ipsi uideāt, qui de huiusmodi contendere norunt. Tu aut filii quæstiones non quæris, sed deuotionem, nec unde lingua actuat,

fed unde animus excitetur. Et ppea his quæ ad historiam pertinent interim p̄termittis ad spiritualem intelligentiam enucleandam: sicut ipse de quo loquimur inspirare dignabitur transeamus. Nunc redeundum est ad te fili carissime cuius animus est conformari Christo & vestigijs Iesu arctius inhærere, si forte sufficientiam de euangelica lectione tuum tibi explicare, p̄fectum, ut hoc ipsum legas in his cedulis, q̄d in te ipso suavis experitis. Credo n. te transisse ad nazarenas de bethlemitica paupertate diuitias, & iam duodenum effectũ de floribus nazarenis ad fructũ Ierosolomiticos ascēdisse, ubi non tam in codicibus q̄ in proprijs moribus hæc mystica ualeas lectitare. Sicut. n. Bethleẽ ubi Christus paruulus, & pauper nascit̄ bonæ uitæ est ichoatio. Sicut Nazareth ubi nutrit̄ uirtutum est exercitatio, ita Ierusalem ad quam dñs ascendit, est cœlestium secretorũ contemplatio. In Bethleem. n. & pauperefcit, in Nazareth ditescit, in Ierusalem affluit delitijs. Pauperefcit q̄ p̄fecta mundi abrenunciatio. Et ditescit uirtutũ perfectione delitijs, affluit sp̄ualium saporũ dulcedine. Ascendendum quippe est a conualle plorationis inter alpera t̄tationis per plana exercitiũ sp̄ualis, ad alta lumine contēplationis. In Bethleem nouæ conuersationi dedicatur infantia, quæ rōnis impotens, neminem ledit, neminem fallit, libera cupiditatis, suæ uoluntatis inscia neminem iudicat, nulli detrahit, nihil cupit, nec de p̄tibus anxia, nec de futuris sollicita, alieno r̄m sustentatur iudicio. Hanc nobis infantia, uas electionis cōmendans si quis ait inter uos sapiens uoluerit fieri, stultus fiat, ut sit sapiens. Et dñs in euangelio: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celoꝝ. Hac itaq̄ qlibet aia iniuncta infantia post herodianas p̄secutiones si cepint in ea q̄si in agro fertilissimo uirtutũ flores ubiq̄ pululare, non in merito Nazareth q̄ flos interpretat̄, q̄si septēnis inhabitans duodecimũ an-

num foeliciter expectabit. Primo quidẽ necesse est ut ager cordis nostri pctõꝝ n̄õꝝ recordatione & infirmitatis n̄ræ consideratione instercoret̄, deinde t̄tationum uomere multiplici fatiget̄. Vt sic uirtutum semina flores pariant sp̄ualium exercitiõꝝ. Ergo illum a quo iam sp̄s timoris, uitia antiqua, & in oltas cupiditates rescauerit. Vni⁹ anni puere estimato. Si deinde mitem eum & obediẽtem sp̄s pietatis effecerit biẽnem sp̄ualit̄ iudicato. Iam si sp̄s scia suæ infirmitatis cognitione, & auxiliũ diuini desiderium infuderit, triẽnẽ nõ dubites accessisse. Quẽ si contra tentationes & carnales delectationes, q̄ militat̄ aduersus aiam, sp̄s fortitudinis imobilẽ rediderit ac robustũ, annoꝝ q̄tuor puere admirare. Accedat sp̄s consilij, & uirtute discretionis ḡquẽnẽ faciet. Cui si sp̄s intelligentiæ meditationem sacræ legis indulerit ad sexti anni ætatẽ foelicĩ p̄gressu peruenit. Septimum annum sp̄s sapiæ aduehit, quæ de legis diuinæ meditatione p̄cedit. Quatuor uero uirtutes cardinales quasi q̄tuor et̄ annoꝝ lucem aia inuehant p̄ficiẽt̄, quibus nihil est in uita utilius hoĩbus sicut de ipsis scriptum est. Sobrietatem. n. docet, et prudentiã & iustitiam, & uirtutem quibus nihil est utilius, hæc sunt præcedentium uirtutum moderatrices sine quibus cæterę nec honeste h̄ri, nec perseuerant̄ p̄nt seruari. Agi. n. sobrietas, q̄ alio noĩe temperantia d̄r, ne sit ipsa uirtutum immoderata progressio. Prudentia ne sit earũ indistincta confusio. Iustitia ne sit uirtutum usus imoderatus. Virtus quæ fortitudo dicit̄, ut perseueranter earũ tenear̄ affectus. Sequit̄ annus duodenus, isq̄ contēplationis, quæ ad ipsam cęlestem Ierusalem aiam subleuat æstuantem, quæ cælum referat, q̄ portas paradisi aperit, q̄ sponsum ip̄m sponsum speciosum forma præ filiis hoim, quasi per cancellos prospicientem puris mentis oculis exhibet contēplandũ, ut uocẽ illam suauissimam mereat̄ audire. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est

in te. Immaculata, sordibus pctõꝝ, uel passionum, euolans a retibus occupationum oblita merorũ præteritorũ, euanescentibus imaginibus exteriorũ creatorũ, cordis sui faciem ad cernendum quem diligit summa auditate substollit. Et ideo audit. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Fauus distillās labia tua. Hyems, inquit, trāsit, imber abiit, & recessit flores apparuerũt in terra nostra, s̄ sunt flores odoriferi nimirum licet adhuc in q̄dam nouitate uirtutes, quę post hyemẽ persecutionũ, & ibrem tentationum, in agro peccatoris bene p̄ficiẽtes foeliciter oriunt̄, quæ Christi⁹ decore, simul & odore delectatus ab inferioribus eam ad superiora inuitans hyems inquit trāsit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Et q̄m pro gemitu cõpũctionis aperitur uita contēplationis adiecit in sequentibus. Vox turturis audita est in terra n̄ra. Recole fili quid soleas in angulis susurrare, cum. s. ad istar turturis, quæ auis castissima est soliuaga, & gemebũda, latebras, quæris. Et licet inter multos cõstitutus solitudinẽ tibi ædificas quotidianã, q̄m gemis, q̄m æstuas, q̄m quæris quem diligit aia tua & amoris uim patiens, iam optas uidere quẽ amas quem nunc blandiris & nunc ad amoris, & desiderij intensiõnẽ suauiter indagaris. Nunc moras accusas, nũc te cernis contēptũ, nunc te uisitacione cõfiteris indignũ, & iterũ de eius toties expertus bonitate p̄sumis. Nunc q̄si ulterius non sustineas spirituali quodã litigio, uel luctamine euincere rerardãtem conaris: Quæ tunc lacrymæ: Qui gemitus: Quæ suspiria: Quæ uoces. Nũc oculi fletu graues cum intimis singultibus, eriguntur ad cœlum nunc manus extendunt, & brachia, nunc pectoris t̄sione animæ tarditas accusatur. Proferuntur interim uerba sine principio, sine fine, quorũ nec sententiæ cohærent sibi, nec rationes siles sunt, nec alicuius linguæ sensus uel ydionia seruantur. Q̄i uox ali quando respondet affectui, & iterum

uocem affectus intercipit. Gaudet certe pius ille Iesus tali certamine superari & talis animæ tali instantia delectatus ad circumstantes angelos gloriaf. Vox turturis audita est in terra nostra. In terra uiuentium. Vox talis aia sic æstuat̄ auditur cum talis desiderij odor suauissimus uniuersam demulcet suauitatem dei. Sic tibi in angulo q̄si heliæ in spelũca primo trāsit spiritus gradis subuertens montes & conterens petras. Non in spiritu dominus. Et post spiritum cõmotio, sed non in cõmotiõne dñs. Et post cõmotiõnem ignis. Sed nõ in igne dominus. Post ignem sibil⁹ aure tenuis, & ibi dñs. Hi sunt quidam gradus per quos in oratione mens compuncta cõscendit, quasi uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & in uerbi generis pulueris pigmentarij. Sed hæc tibi ipsi non tam inuestigãda q̄ ipsa tua oratione animaduertenda cõmitto. Diligenter ergo attendas cum q̄ primũ difficultate nonnunquã ingrederis cubiculum pectoris tui, ut inuenias tibi speluncã in q̄ quodãmodo sepeliaris ab omnibus quæ mundi sunt, & ores p̄femtuum in abscondito. Vt̄ aliquĩ cor in modum silicis durissima. Vt̄ quasi mons aliquis interiãcens interiorem aspectũ ab omnibus spiritualibus exclusisse, donec spiritus grandis pertransiens subuertat montes & conterat petras ante dominum. Quem nimirum spiritum sequitur cõmotio, q̄m mens quadam cõpunctione resoluitur, & fluentibus lacrymis quicquid in se sordidum est uel aduersum cõmora interiori contritiõne detergit. Vnde orta spe igne ineffabilis desiderij exardescit, & spirituale quodã certamen inicit cum deo donec sibi lus aure tenuis illapsus præcordijs leni tactu perstringit affectum cunctis motibus, cunctis dissensionibus, cunctis uerbis, cunctis cogitationibus imponens silentium usq̄ ad ipsã Ierusalem cœlestis delicias animam subleuat contēplatiuam. Tunc ille diu quæsitus, toties rogatus, tam ardentẽ desideratus,

speciosus forma patris filius hominum quasi per cæcelos prospiciens inuitat ad oscula, surge in quiens propera amica mea, & ueni. Tunc ingrediens Ierusalem transit in locum admirabilem usque ad domum dei in uoce exultationis & confessionis. Tunc amplexus, tunc oscula, tunc inueni quem diligit anima mea. Tenui illum nec dimittam. Tunc in Ierusalem affluit delicias, & frui bonis, & die festum cum exultatione colit obsecro itaque fili carissime memeto mei, cum bene tibi fuerit ut sugeras dilecto tuo regi tuo, qui est in sancto ut educat me de isto carcere, de his tenebris, de his uinculis, ut tamen aliquando respicere in prioris gaudij libertate. Sciam & ego quod magna multitudo dulcedinis illius quam abscondit timetibus se. Sed heu heu rara hora, & pauca mora foelix que triduo poterit commorari in his deliciis. In his tribus diebus contemplationis lucem, non inconuenienter intelligo quam quicquid deo poterit mens illuminata sentire aut ad potentiam eius aut ad sapientiam, aut ad bonitatem credimus pertinere. Certum itaque dominus Iesus aliquando fortis, & potens in principio, ut scias te uel ut sentias te si dilexeris eum contra mundum contra diabolum contra omnem principatum & potestatem, eius dextera protegente cui resistere nemo potest, sub quo curuant qui portant orbem, quod si tenuerit aquas omnia siccabunt, si miserit eas euerteret terram. Si igitur spiritus potestatem hominis ascenderit super te, si stultos accidit exagitaauerit, si aculeos diuersarum passionum accenderit si aduersum te commouerit mundum, si inflamauerit persecutiones. Si times, si trepidas, si per singula momenta uinei formidas, & ita ad Iesum tuum anxius curris ploras, exponis pericula opere flagitas, adherit tibi quem diligis in specie potentissimi regis & secundum oronem sancti Dauid. Apprehendet arma & scutum & exurret in adiutorium tibi. Audiesque ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum. At si secreto cognitionem uel cuius uis alicuius solutionem tibi desideras reuelari si munda ne confusionis causas, & rationes anxie

admiraris, si mouentur pedes tui quia pacem persequeris uides, qui in labore hominum non sunt & cum hominibus non flagellatur, quis diuersorium ubi cum Iesu solus cum solo fabularis clamas cum Hieremia. Iustus quidem tu es domine si disputet tecum. Veruntamen iusta loquar ad te. Quare uia impiorum prosperat: Sicutaque querenti adherit ille magister qui docet solus hominem scientiam habet clauem sapientiae & aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Aderit in spiritu doctoris suauissimi, in cuius dextera ignea lex, ut te illuminatione cognitione & charitate, qui ex legis meditatione procedit, inflamet. Porro in sinistra eius uirga æquatis, uirga regni, ut & querentis presumptionem arguit & curiositatem compescat. Postremo si hæc omnia & si magna, & si splendida, & si subtilia. Vnius tamen osculi desiderio suauissimorum labiorum illius uno tantu tactu non fastidias incipiasque querulus uocibus clamare cum propheta quasi uultum tuum: uultum tuum domine regram. Quis mihi det te fratrem meum suggestentem, ubera matris meae ut inueniam te foris, & deosculer te? Venit certe tibi in odore unguentorum, & aromatum, sicque celeste, & diuinum quoddam tremeti imprimens osculum omnia uiscera tua ineffabili iocunditate perfundet, ut clamare delectet, diffusa est gratia in labijs tuis. Cum lege & prophetas legis aduertente diligenter & inuenies ipsas aptiones & contemplationes multoties in figuris, & enigmatibus quibusdam designatas. Sunt enim multa genera contemplationis, ac spiritualium uisionum, que tamen omnia, uel ad Dei potentiam, uel ad dei sapientiam, uel ad dei benignitatem pertinere noscunt. Nam si cogitaret deus respectu omnium, ut causa quorundam ut sint quorundam autem ut rationales, ac per hoc sapientiae capaces sint multoties que ut beati sint. Primum potentiam, alteram sapientiam. Vltimum ascribam bonitatem. Potentiam quidem est, qui sine ipso nulla creatura subsistit. Sapientiam, qui sine ipso nulla doctrina instruit. Bonitatis quod sine ipso, nullus rei usus expedit.

Apud

Apud ipsum secuta sunt omnia, cum nihil sit quo eius turbari possit potentia. In ipso creata sunt omnia, cuius non potest falli sapientia. Ex ipso recta sunt omnia, cuius natura nulla potest depruari malitia. Ergo in rerum creatura contemplamur eius potentiam in forma sapientiam bonitatem in usu. Sane in his que in carne gessit, tum contemplari malueris, hunc ipsum triduanæ lucis splendorem facile intueberis. Si nascentem in prespio, si in brachijs uagitem, si pendentem ad ubera. Si inter uernas Simeonis paruulum, oculis illuminationis aspexeris bonitatis eius operam interiorum admirare. Si uultum eius igneum, flagellum quoque de resticulis. Vocemque terribilem, quibus uidentes & ementes in templo terruit, quibus euertit cathedras numulariorum, quibus insuper columbarum uenditores eiecit considerare delectat tantam uirtutis potentiam expauesce. At si iocundum ducis insidias scribarum & pharisæorum toties deprehensas calidas eorum obiectiones, rationum illius prudentia confutatas occulta mente prospice sapientiam eius lucem, clarius emicare per senties. Ita quoque fuit potentia que fugauit demones, que turbas pauit, que calcauit Maria, que Lazaram uocauit de monumento, & tamen non minoris sapientia fuit, que ut principes huius mundi fallerent, inter diuina miracula, a diabolo se tentari permisit. Quod uelut egens esurierit, que in nauis dormierit, que crucem moriturus ascenderit. Verum quia in bonitatis illius meditatione libentius imorari ingredere quæso domum Symonis pharisæi & intueri attentius, quam pio, que suauis, que iocundo, que clementi uultu humi perstratam respicit peccatricem. Quam copiantem processu illos pedes poenitentiae lacrymis irrogandos præbeat, & capillis quos sibi hæctenus superbia & lasciuia uendicauerat detergendos, labijsque tot scelorum foeditate polutis diligenter osculandos. Osculare, osculare o beata peccatrix pedes dulcissimos, suauissimos, speciosissimos, quibus caput serpentis conteritur, ante quos au-

tiquus hostis egreditur, quibus calcantur uitia, quibus mundi omnis sternitur gloria, quibus superbiorum & sublimium colla mira uirtute præmuntur. Osculare inquam & foelicibus alambis labijs uestigia, quæ nullus peccator post te exhorreat, nullus quantumlibet criminofus refugiat, nullus expauescat indignus. Osculare complectere stringe, & angelis & hominibus odoranda uestigia pietatis & confessionis unguento perfunde, ut tota domus impleatur odore unguenti. ueh ueh tibi o pharisæe, cui est odor mortis in mortem, qui times alienis maculare peccatis, cum te timor proprius deterius se diuiscum maculet. Nescis quam suaue redolet misericordiam misere huius peccatricis miseria. Quam dulcis sapiat pietati confessio pura peccatrici. Quam gratum sit illi sacrificium cordis contritio, que cito consumat peccatum ardens dilectio. Denique dimissa sunt ei peccata multa, quam dilexit multum. Gratia tibi o beatissima peccatrix, ostendisti mundo tutum suis peccatoribus locum pedes. Iesu, qui neminem spernunt, neminem proiciunt, neminem repellunt, suscipiunt omnes, omnes admittunt tibi certe ethyopissa mutat pellem suam, ibi pardus mutat uarietatem suam, ubi solus Pharisæus non expurgat superbiam suam. Quid agis o anima mea, o misera mea, o peccatrix mea? Habes certe in te tuas lacrymas, habes ubi foeda tua oblectamenta sacris oculis purges, & totum affectionis tuæ unguentum securè sine aliquo metu utiq; infundas. Quid dissimulas? Erumpite o dulcissimæ lacrymæ, erumpite cursum uestrum nullus impediatur. Rigate sacratissimas plantas domini mei, saluatoris mei, susceptoris mei. Nam si quis pharisæus submurmure sine me a suis aspectibus arcendum censeat, si fimbriæ suæ tactu indignum iudicet, subfanet, irrideat, auertat oculos, contineat aures, nihilominus tuis inhærebo uestigijs. Iesu meis stringam manibus, præmam labijs, nec a lacrymis cessabo uel osculis, donec au-

D

diam. dimissa sunt ei p̄ct̄a multa, qm̄ di-  
lexit multum. Est ergo dies prima qua  
aia struens deū insp̄culat & in amenita-  
tibus quasi in Ierusalem cōmorat̄ diu-  
næ potēt̄iæ in tēplo. Secunda sapiæ illi-  
us admiratio. Tertia bonitatis & dile-  
ctionis pr̄libatio. Ad primā p̄tinet ius-  
titia, ad secundā scia, ad tertiam miseri-  
cordia. Iustitia terret, scientia docet, mi-  
sericordia fouet. Introibo i potēt̄ia dñi,  
dñe memorabor iustitiæ tuæ solius. Ec-  
ce iustitia. Incerta & occulta sapiæ tuæ  
manifestasti mihi. Ecce sciēt̄ia: Qm̄ me-  
lior est misericordia tua sup̄ uitas: Ecce  
misericordia. Et in prima die timor q̄ ex  
iustitiæ cōsideratione p̄cedit aīam pur-  
gat. In secunda sapia illuminat. In tertia  
illuminatā bonitate dulcedinis suæ re-  
munerat. Cernis ni fallor q̄ necessariū  
sit & utile iter bonorū operū exercitia.  
p̄ tridū hoc Ierosolymiticis frequēta  
re delicias, in q̄bus timor administrat  
panē doloris. Sciēt̄ia unū exultationis  
bonitas lac cōsolatiōis. Scio te nūc mi-  
rari q̄ delicias dixerim, q̄bus dolorem  
nō deesse cōmemorauī, cū exptus sum  
sapius q̄ dolorē illum q̄ de casto timo-  
re p̄cedit, oībus hui⁹ mūdi delictis mēs  
cōpuncta pr̄ponit. Et hæc dicta p̄ mo-  
dulo experientie n̄ræ. Cæterū uiri excel-  
sioris meriti, & capacioris ingenij,  
animæq̄ purgatoris in tribus his subti-  
liora ac p̄fundiora rimant. In potentia  
s. dei profunda iudicia. In sapia secreta  
consilia. In bonitate eius misericordiæ  
dona ineffabilia. Deniq̄ Paulus ingres-  
sus in potentias dñi, & abyssum iudi-  
ciorum eius expauescēs o hō, inquit tu  
ges, ut n̄r̄ deas deo. nunq̄d dicit figm̄-  
tum ei, q̄ se s̄nxit, cur me fecisti sic? Sed  
& thesauros sapiæ eius admirans ait.  
O altitudo diuitiarū sapiæ & sciæ dei,  
quam incomprehensibilia sunt iudicia  
eius, & inuestigabiles uie eius. Diuitias  
quoq̄ bonitatis eius cōmemorās. An  
diuitias inquit bonitatis contemnitis.  
Post tridū igitur inuenerunt eī in tem-  
plo, haud dubium quā Maria & Io-  
seph, altera mater, alter nutriti⁹. Inueni-

tur itaq̄ sp̄ialis sp̄ualium contēplator  
non in quolibet loco, sed in templo. Hā-  
bet. n. Ierusalem atrium, habet portas,  
habet tēplum. Et atrium aliqñ patet q̄  
dem inimicis, portæ aut̄ patefunt solis  
amicis, ingressus uero tēpli non indulget  
nisi perfectis. Igitur q̄ in temporalibus  
gr̄na: In terrenis cœlestia: in humanis  
diuina, in creaturis creatorē ualet inspi-  
cere quasi in atria cœlestis Ierusalem in-  
troductus exulter. Hucusq̄ philosophi  
quasi inimici in atria intelligentiæ suæ  
uim poterāt extendere sicut dicit Ap̄s.  
Quod. n. notū est dei manifestū est in il-  
lis, inuisibilia. n. ipsius a creatura mundi  
per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciun-  
tur, sempiternis quoq̄ uirtus eius, & di-  
uinitas. Qui uero in scripturis sanctis  
ablato uelamine reuelata facie gloriā  
dei poterit cōtemplari de ingressu por-  
tarum Ierusalem gloriæ. At si pinguedi-  
nem intimę dilectionis, & tuæ ad ipem  
affectiōis in cordis ara cœlestis deside-  
riū flāma succenderit & ascēderit fum⁹  
aromatū de flagratia oīonis, sicq̄ o-  
culus mēt̄is, in ipsa cœli secreta radiū por-  
rexit, & cordis quoq̄ palato illius di-  
uina dilectionis felix tactus sapuerit  
cū holocausto gratissimo tēplum Ieru-  
salem frequēta. Sed aia sancta in his  
delictis cōmorante dolet mater, mater  
& nutriticus cōquerunt, & quærunt in-  
uentū tandem Iesum leui increpatione  
castigāt, & reducūt ad Nazareth, hæc  
maxime uiris sp̄ualibus cōgruunt, q̄b⁹  
dispensatio uerbi dei uel animarū cura  
cōmissa est. Porro nutrīcium nostrum  
nihil liberius dixerim q̄ sp̄m̄ sanctum.  
Matrē uero nil rectius q̄ charitatem, si  
nos fouēt & pmouent, pascunt & nu-  
triant & geminæ affectiōi dei uideli-  
cet & pximi lacte reficiūt, h̄ nos in stu-  
dijs sanctis quasi in Nazareth tenēt &  
sustinēt, h̄ nos cōsolant̄ in tribus, h̄ in  
dubijs cōsulant, h̄ fessos roborant, h̄ fan-  
nant cōtritos corde & alligāt cōtritiō-  
nes eorū, h̄ auxilio de Nazareth trā-  
simus i Ierusalē de labore ad requiem,  
de fructu bonæ actionis, ad secreta cō-

templationis, h̄ nobis æterna lege præ-  
scribunt ut p̄ cura proximi nō negligamus  
ex toto contēplationē dei, nec rur-  
sus p̄ delictis contēplationis, curā pximi  
obmittamus. Vnde nō imerito si qe-  
ti plusq̄ oportet indulgeamus, de nobis  
charitas fraterna conquerit, nec gratiā  
h̄et n̄ram in Ierusalem cōmorationē si  
alijs quos nostra sollicitudo p̄spicit sen-  
serit iminere, ex nimia q̄te p̄niciem. Ple-  
nūq̄. n. nobis uel secretis meditationi-  
bus uel priuatis orōnibus, postposita  
actione mēt̄is si plusq̄ subditis expedit  
in morē in medijs delictis, sp̄m̄ nimis o-  
perāte, & charitate suggerēte subito ue-  
nit in m̄tem memoriā infirmorū. Vt il-  
lum cogitemus cōtristatū, expectare a  
p̄ris uisceribus cōsolationē. Alter tē-  
tatum explorare, q̄ procedēs in publi-  
cum p̄ ei afferat suo sermone solamē.  
Illum iræ stimulis agitatū? q̄ nō h̄eat  
ubi cōceptum uirus cōfessione salubri  
euaporet. Aduersus p̄rem submurmur-  
rare: alter accidiæ sp̄m̄ uictū ut inueniat  
cui loquat̄ quem cōsulat, huc illucq̄ di-  
scurrere. Tali itaq̄ suggestu p̄gresso ex-  
p̄ris cordibus quasi increpantē audim-  
us m̄tem charitatē, fili qd̄ fecisti no-  
bis sic: Ego & p̄ tuus dolētes q̄rebam⁹  
te, non cū iniuria dicim⁹ sp̄m̄ sanctum,  
uel charitatē in sanctis & si adhuc mi-  
nus p̄fectis, aut dolore, aut cōqueri, cū  
ipse sp̄s gemitibus inenarrabilib⁹ in-  
terpellet pro nobis, q̄ & loq̄, & cōtri-  
stari, & talia agere in sanctis cōsueuit.  
Quod si cōtra h̄mōi necessitates ama-  
tor getis in ipsis aīæ affectibus murmu-  
ret dicēs, nō ne in his q̄ p̄ris mei sunt o-  
portet me esse, nihilominus considerās  
sp̄s rōnalis, q̄ ideo xp̄s mortuus est,  
ut q̄ uiuit non sibi uiuat, descēdit cū eis,  
& est subditus illis. Secure descēdit cū  
tali nutritio, & cū tali matre descendit  
foeliciter, descendit, q̄ sp̄m̄ dei actus cha-  
ritatem inferioribus oñdit. Descendā li-  
bens cum his ducibus in Aegyptum si  
tū ducunt reluctantē si cogunt descen-  
dere, & reconscendere faciunt. Liben-  
ter subdar tali matri libēs supponā hu-

meros oneri quod imposuerūt, libēs su-  
scipiam iugum, cui me subdūt, scis, q̄a  
iugum eorū suauē est, & onus eorū leue  
sed & si te fili mi, a talibus curis liber-  
adhuc sub alis suis xp̄s abscondat, quod  
prælati incūbit facere, ne subditi peri-  
clitent hoc ipsum expedit prouidere ne  
soti scādalizent. Illi necessitates, q̄c̄q̄  
præponunt cōtemplationis delictis, tu  
eas non proponas unitati & pacis cō-  
gregationis. Præcipue hæc ipsa sp̄ualitū  
uicissitudinum tpa q̄n̄ ualet uel descen-  
das ad Nazareth, uel ascēdas in Ierusa-  
lem nunq̄ solus. i. p̄rig uolūtatis arbi-  
trio sed semp̄ seniorū distingue cōsilio.  
Ecce habes fili charissime quod petisti  
licet tuo affectui, tuæq̄ cōtemplationi  
nihil dignum uolūtatis tū meq̄ aut q̄lis-  
cunq̄ conatus aliquod ni fallor indi-  
cium. Scias igitur non tam euāgelicam  
lectionem exponere, q̄ ex ea aliquam  
meditationē sicut rogasti elicere cura-  
uimus, & legentibus incitamenta deuo-  
tionum ex hui⁹ serie lectionis euange-  
licæ cōposuimus ipsius adiuuante gra-  
tia, de cuius loquimur infantia, qui ple-  
nus est uirtute & gratia & sapientia. Ie-  
sus Christus dominus noster qui cum  
patre & sp̄ritu sancto uiuit & regnat in  
secula seculorum. Amen.

DIVI BERNARDI ABBATIS

sermone in cena domini prologus.



**P**ascalib⁹ dapibus estu-  
riens saturari quicūq̄  
regis mensula nostra  
posita est, q̄ nulli ueta-  
tur egēti. Ibi refici po-  
teris ex micis, q̄ remā-  
serunt de mensa dñi. Nam ille dulcissi-  
mus panis, qui de seipso ait: Ego sum  
panis uiuus q̄ de coelo descēdi, dū esset  
in mūdo fatiuit nō mediocriter filios  
suos: illos uidelicet q̄bus ascensurus ad  
patrem, ait. Filioli adhuc modico uo-  
biscū sum. Sed ascēdens in cœlū dimisit  
reliquias suas paruulis suis, quas dum  
illum beatissimū panem angelorū dñm  
meū Iesum q̄rerem gemens & plorans,  
D 2

quæq; pretiosa mundi pro illo ineffabili cibo dare deliberas, euangelista Ioane in uoluntate dñi propinate accipi. Sed quicumq; ad hanc mensulam seruuili xpi federe uoluerit, non sine lacrymis q̄so accedat, & si acceperit: saltē sine gemitu nō recedat. Nam in ea inuenies cibū non uentris, sed mētis, non holocausta medullata, nec boues cū hircis: sed illū agnū de uirgine natū, qui corā percutiē tibi se obmutuit. Et nō aperuit os suū: cui cōfiteā aīa mea, & sanat eam q̄ peccauit ei. Ille mihi sit uia in hoc opusculo & in oibus actionibus meis, ut illo duce, quæ gessero incipiā & finiā, ut annūciem nomen dñi in sion, & laudē eius in Ierusalem, ut dum conuenerint populi in unum & reges ut seruiant domino, merear illum uidere in bonitate electorum suorum, & letari in lætitia gentis suæ q̄ est benedictus in secula.

*Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.*

Ante diem festum pasce sciens Iesus quia uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo in finē dilexit eos. Audistis fratres dilectissimi, cum euangelium legeretur q̄ dictum est ante diem festum pasce &c.

Verbum p̄ris filius dei: quod p̄ salutē gñis humani uerbū caro factū est et habitauit in nobis, cupiens instruere & informare ad exēpla humilitatis sequēda discipulos, & p̄ illos oēs credētes in eum, cū appropinquasset hora illa p̄fissima: carnē quā de intemerata uirgine sumperat Maria, tā triste ferre supplicium. Ab illo nobili suæ t̄p̄alitatis extremo cōuiuio surrexit, uestimēta d̄posuit, aquā in peluim misit, & pedes discipulorū lauit. Et hoc est quod Ioānes euangelista ait. Ante diē festum &c. Talis erat mos, & cōsuetudo Iudæorū, ut illū diem h̄rent solēnem, q̄n̄ illis dñs mare rubrum dimisit in duas p̄tes. & deduxit eos p̄ mediū eius, & excussit Pharaonem & uirtutē eius in eodē, hic est ille dies festus pasce de quo dictū est. An̄

diem festū pasce. Nā pasca interpretatur trāsitus. Nā appropinquabat illud p̄fissimum pasca, quo uetus Moyses p̄ mare rubrum debebat transire, & non post quadraginta annos: sed tantum post xl. dies in terram promissionis intrare. Ille iudæorum festus erat umbra, quo patres eorū transferūt de ægypto, sed ille fuit ueritas quo xps transiit de hoc mundo: & sic nos fecit transire de uitijis ad uirtutes, de morte ad uitam, de mūdo ad cœlum, pro nobis uictima factus & sacrificiū, seipsum deo patri in ara crucis offerens holocaustum. Ante diem festum pasce &c. Quid ergo est o sancte Ioānes quod dicis festum? Nōne dies festus dies est gaudij & lætitiæ? Putas ne dies ille est lætitiæ & iocunditatis, quo agnus in cruce leuatur imolandum stipite, opprobrium hoīum factus, & abiectio plebis, quo p̄ dolore sol obscuratur, Petræ scinduntur, & tota contremiscit orbita mūdi, ubi mater sic plorat, & eius dilectus Ioānes & Potius ille dies fuit luctus q̄ risus & lætitia sanctis & electis. Sed iudæis lætitia, tibi & apostolis tuis tristitia. Iudæorum lætitia uertetur in luctum, & tristitia apostolorū est uersa in gaudium. Sequitur sciens Iesus quod uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem, Iesus hebraice. latine saluator interpretatur. Ille est ille saluator fortissimus q̄ ulterius uinci non potest, & saluat omnes sperantes in se. Semel pro te christiane uictus est, imō mortuus: Sed noli flere, quia surrexit a mortuis, & mors illi ultra non dominabitur. Oportebat illum mori pro salute mundi, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine ipsius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, quoniam ipse sic disposuerat, & hoc est quod dicitur. Sciens Iesus quia uenit eius hora &c. hæc est illa hora de qua superius timens mori secundum carnem ingemuit & ait, nunc anima mea turbata est ualde. Et quid dicam? Pater saluum me fac ex hac hora. Sed: propterea ue-

ni in hac hora. Timuit Christus mori, ut tu nō timeas mori confidens in eū, q̄ suscitauit Iesum a mortuis tertia die. In illum tm̄ qui suscitauit Iesum est confidendum. O tu christiane ne de hac infirmitate desperes. Docuit quid tunc & in oib; periculis mortis debeas dicere, ad quem confugere, quem inuocare, in quem sperare. In p̄rem deum q̄ nō pōt despiciere sperātes in se, cum attestatione bonorū operū. Bonorū dico, quia sine meritis aliquid sperare non spes, sed p̄sumptio debet dici. Tu itaq; talia fac opera tua, ut ei in hora mortis in ueritate dicere possis. In te dñe speraui, nō confundar in æternum. Hæc horā præsciuit, hanc horā elegit, ut in ea per mortē de hoc mundo trāsiret ad p̄rem scdm̄ humanitatem, a quo nunquam recessit secundum diuinitatem. Illa hora est finis ille de quo dñs, cum dilexisset suos qui eos dilexit, quousq; ad mortem dilectionem perduxit. Te dilexit in morte, ut tu dilectione eius possis transire de mūdo ad p̄rem. Te dilexit in finē, ut tu in eius dilectione usq; in finem permanēas, q̄ quidē si feceris, p̄culdubio ad p̄rem trāsibis. In cuius dilectione qui usq; in finē non permāserit, in ueritate dico in æternum peribit. In eius dilectione modus amoris nullus esse debet. Sine modo te dilexit, sine modo eum diligere debes. Modum dilectionis excessit: te diligendo, pro te moriēdo, tu quātum eū diligere debes nō potes. Dilige eū ex toto corde, ex tota mēte & oī aīa, & oībus uiribus tuis. Hoc tm̄ q̄rit, ultra non q̄rit, hoc fac & uiues. Sequit. Et coena facta, eum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eū Iudas Simonis schariotis. Hic inuit coena esse parata, sed nondū transacta, q̄a postea recubuit, & bucellā Iudæ tradidit. O Iuda infelix, o discipule pessime. Mercator neq;. Tibi coena parabat, & a te dator coenæ tradebat. O miser Iuda. O male confessor. O desperare poenitens, dixisti. Peccaui tradens

sanguinem iustum, & laqueo desperationis te miser suffocasti. Ille ut arbitror fuit filius Simonis schariotis. Simon dñs obediens, sed qualis uir iste Simon fuerit, deus scit, ego autē nescio. Schariotis dñs a uico in quo ortus fuit, q̄ alio noīe marmotis dñs, siue mala mors. Et merito de mala morte fuit, q̄a sic mala morte perijt. Diabolus miserat in corp̄ suggestionem, ut traderet eū nō credens illum esse deum. Nōne cōtremiscis recoctas christiane, & tu monace bñdicti. Quid actū est de discipulo Xpi? Diabolus misit in cor eius, ut traderet uitā, & tradens uitā, per laqueū desperationis se & uitā perdidit. Si lupus nō timuit intrare in gregem dñi, unā de duodecim tā pauculo numero mactare, & p̄dere. Quid facturus est de grege cōmissio pastoris? Unusquisq; uirū fr̄es charissimi uideat ne sit scharioth Iudas. Videte quō caute ambuletis, non quasi insipientis, sed ut sapientes, cauti cōtra callidi hostis insidias. Misit in cor Iudæ, ut traderet dñm. Quid est tradere dñm? Vēdere dñm. Quid est uendere? Alienare. Dñm uendit qui a se dñm alienat. Dñm alienas a te, si depellis eum a te. O monace dei. O discipule Christi, Audi me, Audi consiliū meū. Te diabolus q̄rit euellere, te extrahere de grege dñi. Vide ne consentias ei. Vide ne credas ei. Mēdax est, & p̄r eius. Te uult occidere. Te uult mactare. Te uult perdere secum in gehēnā. Caue te a loculis. Caue te a marsupijs. Foueæ diaboli sunt. Heu quot in illis p̄didit, quot in illis interfecit. Dñs de Iuda, q̄a fur erat, & oculos habebat &c. iste dum sitit lucrum, rēdit ad laqueum, dū perdit uitā, lucrā mortē. Heu quot loculi. heu quot marsupia sunt in monasterijs bñdicti. heu quot cuculati super auricularas tonsurati hñt marsupium mentis, hñt loculum p̄pria uoluntatis, marsupium murmurationis, detractōnis, uagationis, superbiz, & liuoris, inuidie, & malæ uoluntatis. Sed memēto te fr̄es dilectissimi, q̄ q̄ talia agunt, Iudā traditorē sequuntur, & ideo nisi se emēdaue-



rint, regnum dei non possidebunt. Esto te quæso dilectissimi discipuli Christi. non in falsitate, sed in ueritate, non in uerbo, sed in corde, non in alta tonitura, sed in mente pura, Iudam derelinquite desperantem, Petrum sequimini uere penitentem, Iudam derelinquite desperantem in baratro inferni, Petrum sequimini qui est in gloria paradisi. Tenete lacrymas Petri. Quod si feceritis puenietis ad gloriam Petri, per Iesum Christum dominum, cui confitetur anima mea, & sanat eam, quia peccauit ei. Qui cum patre & spiritu sancto sit benedictus, per cuncta secula. Amen.

*Sermo secundus.*

**I**cut auris non potest faciri a dicitur nec oculus uisui, sic nos naturam faciri debemus enarrare pia opera Christi. Nam mihi dulcia sunt super mel & fauam, & cariora super millia auri & argenti, & ex his saturari non possum. Amplificet mihi dominus desiderium meum, & lactificet me in iocunditate uultus sui cum omnibus diligentibus eum. De quo in consequentibus dicitur. Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & bona & mala, mala in usum, & bona in effectum: De malo proditoris inde fecit bonum redemptionis nostrae: Vel sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, quare omnia subiecit sub pedibus eius, oues & boues, insuper & pecora campi. Et sciens quia a deo exiuit non eum deserens, & ad deum uadit non nos derelinquens. Surgit a cena &c. A deo exiuit quia de sinu patris in utero beatæ uirginis uenit, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, & habitu inuentus ut homo. A deo quoque exiuit, cum tale se hominibus prebuit qui posset uideri & tangi. Immo quod

non sine magno gemitu cordis & fluente lacrymarum stilo commendare deberet. Ligari, colaphizari, flagellari, conspui, & ad ultimum occidi, & hoc est quod dicitur a deo exiuit. Sed noli flere bone monache, quia sequitur ad deum uadit. Ad deum uadit, quia resurgens ex mortuis iam non morietur, mors illi ultra non dominabitur. Ad celos ascendit, sedet ad dexteram patris, constitutus a deo iudex uiuorum & mortuorum. Et hoc est quod dicitur. Surgit a cena, nam a cena surrexit, quia de sinu patris ubi cenabat cum angelis ad homines uenit, trahens naturam mortalitatis assumens. Vestimenta quodammodo deposuit, cum semetipsum exinanuit. Sibi uniendo humanam naturam linteum accepit, & præcinxit se, quia naturam humanam se induens, in ea se uirtute præcinxit, & de hoste superbo gloriose triumphans, rex glorie est factus, & dominus uirtutum. Aquam misit in peluim, & pedes discipulorum lauit. Quid est aqua? Quid est peluis? Iste aqua est illa aqua benedicta, quæ sordes mentium lauat, leprosos mundat, cæcos illuminat, sanat ægrotos, iustificat impios, resuscitat mortuos. Ad hanc aquam dominus meus Iesus inuitat sitientes dicens. Siquis sitit, ueniat ad me & bibat. Aqua ista spiritus sanctus est. Aqua ista est illa de qua Hieremias ait: Dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Pota me domine isto fonte, ut non sitiam amplius. Nam sitit anima mea ad istum fontem uiuum. O si attigero fontem istum. O si faciabor cum dulcissimo fonte, putas ueniet tempus quo plenarie de eo possim haurire? Et quoniam. Et si aliquando quare non modo? Quid dicam? Quid faciam, quia dominus meus differt ad me uenire? O dulcissime Iesu sint mihi lacrymarum refectionis assidue, donec dicam animæ meæ, gaude & lætare. Ecce quem quis, ecce quem desideras, ecce per quem ploras, ecce dominus tuus, ecce deus tuus, pater & filius & fons desideratus spiritus sanctus. Modo inebriare a delictis paradisi. Aqua ista fratres mei spiritus sanctus est. Ipse de se sic inebriet mentes nostras, ut præret eum

nihil aliud diligamus. Peluis illa in qua dominus spiritus sanctus posuit, est ecclesia fidelium, in qua per lauacrum regenerationis spiritus sanctus sordes creditum lauat. Quod dicitur pedes apostolorum lauit, audi imunditias eorum uestigia sequentium. uel possumus dicere quod peluis, siue receptaculum spiritus sancti, corda apostolorum fuerunt, quibus dominus spiritus sanctus infudit, & eorum pedes lauit, quia fide catholica, quæ fideles uehit ad celos, quæ puluere infidelitatis fuscata tenebant, penitus expulsa rubigine per spiritum sanctum firmavit. Possumus & aliter dicere si te cum amore Christi audire delectat. Sed non sine lacrymis accipias quæso, quod sine lacrymis scribi non debet. Aquam in peluim misit, quia pro tuo amore mortem delicias reputans, in crucis stipite pium cruorem fudit. Et lauit pedes apostolorum. id est uestigia creditum mundauit, quæ sordida erant peccatis. Et extersit linteo quo erat præcinctus, humana scilicet carne, qua erat indutus, quia eius passio peccatorum nostrorum est uera purgatio. Vel cena domini, qui passionem eius assignare uoluerit, a tramite ueritatis se exorbitare non credat. Hic cena ista passionem significat. Sicut post cenam non sit prædium. Sic Christus postquam semel passus est, non iterum patitur. Surgit a cena post passionem, ponit uestimenta scilicet priorem infirmitatem, linteo se præcinxit eadem carne iam immortalis. Aquam in peluim mittit, quia per baptismatis lauacrum credentes lauit a peccatis. Et extergit linteo quo est præcinctus, quia pro nobis interpellat præter gemitibus, inenarrabilibus, sibi ostendendo suam humanitatem. O mira & inextinguibile pietas. O inestimabilis bonitas. O noua & inaudita humilitas. Christus dei filius de pura & intemerata uirgine natus, rex regum & dominus dominatum. Surgit a cena. Vestimenta deponit, se linteo cingit. Aqua in peluim mittit. Ante discipulos reuerenda genua flectit, humilis & procliuus pedes discipulorum lauit. O quis unquam audiuit talia? O quam stupenda pietas. Mira dei clementia, lauit pedes discipulorum, quod de nihilo cuncta creauit. Quid tibi uis

cunquam es homo quem ira accendit, superbia consumit. Ira perturbat, superbia deuastat, proptus ad iram, festinus ad superbiam. O superbie. O germen diaboli. O apostata christiane. O serue nequam. Quid tibi uidetur de creatore tuo, de deo tuo? Pronus lauit pedes discipulis, & tu dedignaris humiliari fratribus offensis? O serue male, semen chananaei & non Iudæ, qui es per auctorem superbiæ deceptus, cur non consideras, quod est ille quem per superbiam sequeris? Et quis est ille quem per humilitatem imitari contemnis? O quam malus est ille quem sequeris, & quam bonus est ille a quo deuias. Ille est diabolus. Ille uero deus. Elige quem imitari sit melius. O superbe nonne frons tua erubescit? Erubescere uas stercore, ulterius habere superbiam. An ignoras quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam suam. Exue ueterem hominem, & indue nouum. Videlicet dominum Iesum, & reformabit corpus humilitatis tuæ configuratum corpori claritatis suæ. Disce quæso ulterius habere humilitatem, per humilitatis auctorem. Nam de eo sequitur, uenit ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes. Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Quoniam dominus Iesus pedes discipulorum lauare cepit, prius ad primum discipulorum uenit. Et idem Petrus expauescit quod de lauit pedes hominis. Nam pauore perterritus, non potuit sustinere dominum ad pedes suos humiliatum: Viderat eum aquam in peluim mittere, se linteo accingere, & mirabatur forte, quid uellet facere. Sed postquam uidit illum ante pedes suos uas cum aqua portare, genua flectere, & ad laudandum se præparare: multoque quam dici potest miratus expauit. Et magno timore percussus, ingemuit & exclamauit dicens. Domine tu mihi lauas pedes? Creator creaturæ, deus hominis, dominus seruo. Magister discipulo, immo qui factus est ex limo. Ille qui fecit omnia ex nihilo? Surge domine. Surge deus meus. Quid uis facere? Non possum sustinere, non possum ferre. Oculi mei te uidere refugiunt. Sic procliuum, sic pro-

stratum ante pedes meos. Surge creator. Surge deus meus. Surge lux mundi. Vita mea, gloria mea. Noli facere quod te uideo facere uelle. At Iesus ait. quod ego facio tu nefcis modo. Scies autem postea. Ac si dicat, noli timere, noli expauescere. Re uera Petre magna sunt haec humilitatis indicia, sed cito maiora uidebis: Sine modo, quia sic oportet fieri, licet nunc ignores huius rei mysterium. Scies postea. Mysterium est, exemplum est, quod iterum ad praesens tibi relinquo. Ideo noli prohibere, quod facere uolo. Dicit ei Petrus, non lauabis mihi pedes in aeternum. Absit a me domine, ut mihi laues pedes in aeternum, in aliquo tempore. Respondit Iesus. Si non lauerio te, non habebis partem mecum, quod dicit te non habes pedes. Sine doche ibi est, quoniam quod est partis tui attribuit. Ego sum aqua lauans. Ego sum aqua sanctificans, nisi te lauerio, non habebis partem mecum. Petrus audiens non habebis partem mecum, totus intremuit, nihil iam contradicens magistro, non tamen pedes, sed totum se offert ad abluendum dicens. Domine non uertam pedes meos. Sed manus & caput. Quid est quod dicis. Non habebis partem mecum? Quod amarum est quod dicis, non habebis partem tecum, nonne tu uita mea, dulcedo mea, tota spes mea, salus mea, & omne desiderium meum? Ecce me, fac quicquid uis de me, laua pedes, & non solum pedes, sed & manus & caput. Sed o domine Iesu. Cum hoc sit uerum quod nullus possit partem habere tecum nisi prius laueris eum. Miserere mei, miserere mei. Ego sum ille tuus peccator, totus imundus, totus sordidus, partem tecum habere cupio, tecum partem habere desidero. Ne despicias me deus salutaris meus. Propitius esto mihi peccatori, laua sordidum, laua inquinatum, laua pedes, laua manus, laua caput, imo totum corpus, laua mentem, laua animam, laua me interius & exterius, laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Si laueris me, super niuem de alba bor. O domine Iesu, quod dabit mihi ut uenias in cor meum, & inebries me aqua tua, ut obliuiscat mala mea praeterita,

& uerbum bonum amplectar, te uita quod nunquam morieris in aeternum. Dulcis cibi aeternae meae. Veni domine, & noli tardare. Expectat anima mea peccatrix ad sufficiens, poenitentium, & ad bene uiuendum, tuae gratiae inspirationem. Dixisti Petro, qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Ego non sum Petrus lotus, totus lauari indigeo. Me tibi committo, fac de me quod quid uis. Tu autem domine in aeternum benedictus permanes. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Hic inuitur apostolos esse baptizatos. Sed non legimus ubi. Qui lotus est baptismo, totus est mundus. Sed quare iterum terrenae habitationis puluere inquinatur, iterum opus est pedes lauari. Quos lauat dominus interpellas pro nobis, & nos ipsi orando, in contritione cordis, & compunctione lacrymarum. Ille etiam qui in ocio studet ueritati, dum in alijs pulsanti spiritu aperire pergit, pedes inquinat, quare ueritas humiliter audis, sed sine periculo non praedicat, haec enim sponsa in carceribus carcerum se uitare uelle demonstrat, ubi eam sponsa exhortari ad praedicationem. Sic inquit ait. Expolui me tunica mea, quoniam in duarum illarum. Laui pedes meos, quoniam inquit abo illos? Dixerat ei sponsus. Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea, quare caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis nocturni. Ac si dicat. O soror mea, cohaeres mea. Amica mea, conscia secretorum meorum. Coluba mea spiritu sancto illustrata. Immaculata mea terrenis curis exuta. Aperi mihi. i. fac mihi uia corda errantium praedicando. Caput meum plenum est rore. i. deitas mea circumdata charitatis seruire est. Et cincinnati mei guttis nocturni. i. collectiones fidelium sententiarum haereticorum. Ad quem sponsa. Expolui me tunica mea, quoniam inquit illa. i. deserui scelerum, quoniam repetam illa? Remoue me a praedicatione, quoniam recipiam. Laui cogitationes & affectiones, quoniam inquit abo sordidum mundi. Sed hos pedes discipulis lauat dominus pro spolio ne suae orationis, ubi dicit. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittit debitoribus nostris. Quod sequitur. Vos mundi estis. Sed non omnes,

omnes, exponit euangelista cum dicit. Sciebat Iesus quod eum erat traditurus, propea dixit non estis mundi omnes. Sequitur. Postquam lauit pedes eorum, & accepisset uestimenta sua, cum recubisset dixit iterum eis. Scitis quid fecerim uobis, Ego dominus & magister? Exemplum enim dedi uobis, ut & uos ita faciatis. Hoc si memoriae commendatis: expositum est. Postquam lauit pedes discipulorum. i. impleta purgatione per sanguinem suum accepit uestimenta, quare immortalis factus. Cum recubisset. i. cum ad dexteram patris sedisset, dixit pro spiritu sanctum missum in linguis igneis, o beatos pedes, o pedes foelices, qui talem ac tamen meruerunt habere lauatore. De pedibus electorum dico, de Iudae traditoris pedibus non dico, o beate Petre, o felices apostoli, ante pedes quorum altitit humilis creator angelorum, o beata purgatio, o beata lauatio, quae mundat leprosos, curat egrotos, uulnera sanat, cicatrices solidat, lumem donat caecis, gressum claudis pulcritudinem foedis, diuitias egenis, mixtis laetitiam, poenitentibus ueniam, mortuis uitam, o grande gaudium. Immensa laetitia: Christus postquam lauit. Sua uestimenta accepit, post mortem carnis, gloriam habuit resurrectionis. Post sanguinis effusionem, accepit corporis immortalitatem. Deinde recubuit. Deinde regeuit, coelos ascendit, ubi sedet benedictus in dextera dei patris. De illo accubitu, discipulis intonat, instruit docet per spiritum sanctum, & per ipsos intonat gentibus cum estis. Et quod dicit? Scitis quod fecerim uobis? Vos me uocatis magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Non est de arrogancia, sed de ueritate. Qui enim necessitate cogente, uera de se bona loquitur, tanto magis uerius humilitati iungit, quanto & ueritati associatur. Vos uocatis me magister & domine, et bene dicitis, sum etenim. Ego sum magister. Ego sum dominus. Ego sum magister sine ex

rore. Ego sum magister sine falsitate. Ego sum magister bonitatis. Ego sum magister sanctitatis. Qui sequitur me bene uadit, ambulare male non poterit. Ego sum dominus uitae, dominus mortis, dominus caeli, dominus terrae. Creator cunctorum, & dominus omnium. Si ego ergo laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Sicut prius exemplo. Si nunc eos uerbo instruit magister ueritatis. Hic enim sumitur argumentum huiusmodi humilitatis, ac dicat: Si ego qui sum dominus & magister laui pedes uestros, & uos qui non estis magistri nec domini, debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum feci uobis, ita & uos faciatis, & est sensus. Si ego laui pedes uestros. i. Si ego dimisi uobis peccata, quod sum dominus deus potens omnia, & magister sciens omnia antequam fieri. Vos qui estis serui & discipuli, debetis in uobis peccantibus dimittere, & pro eis orare. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Non eritis boni serui, si non fueritis secuti dominum. Nec ueraces discipuli, si de ueritate ueritis a doctrina magistri. Audite plati quod cathedram tenetis regimini. Putas ne tenetis exemplum domini? Unusquisque nostrum conueniat conscientiam suam. Gaudet si tenet. Si non tenet iam non est discipulus domini. Melius illi esset si haberet molam asinariam in collo, & demergere tur in profundum maris, quam ut esse fortitius nomen abbatis. Melius illi esset si esset custos porcorum, quam quod esset abbas monachorum. O peluis domini. O humilitas christi, quam longe recessisti. O quam sunt rari. O quam sunt pauci, quare aquam in peluim mittat, & flexo poplite ad lauandum pedes discipulorum petat. Peccat frater, offendit frater, in aliquo delicto cecidit. Non est peluis, non est aqua, non est qui se praeparat ad illum abluendum. Sed potius ad expellendum. Discite plati quod hoc non est de relaxa christi. Ille lauit pedes discipulorum genibus flexis, & uos non uultis lauare sordes uestroque conferuere totis corporibus in terram prostratis. Non est disci

pulus super magistrum. Peccat monachus: peccat conuersus: puluerem portat in pede: immo forte toto corpore: tabescit in cute. Tolle aqua. Tolle Doctrinam de peluibus magri: de preceptis dñi: curre ad eum non in equo pharaonis: sed in humilitate redemptoris: uultu placido: mente tranquilla: q̄ citius potes lauare festina: ne puluis uertatur in scabiem: scabies uertatur in lepram: & leprosus expellatur de grege dñi. Sed si obstinatus fuerit: & emendare noluerit: dicens nō lauabis mihi pedes in æternum. Dic & tu ei. Si nō lauero te: nō habebis partem cum christo domino. Postea si cum petro assentire uoluerit: laua eum cum omni humilitate māsuetudine & misericordia: ut tu ipse misericordiam a deo consequaris. Quod si non feceris, non tenes exemplū Christi: nec es discipulis Christi. Quā Christi fecit facere dedignaris. Quod dñs fecit: seruū cur facere tederit nō est seruus maior dño suo: nec apostolus maior eo q̄ misit illū. Sicut ego patior, & uos patimini, sicut me humilio, & uos humiliamini, si hæc scitis quæ feci & docui, beati eritis si feceritis, nō de oibus dico. Ego scio quos elegerim: nō de omnibus dicebat, q̄ iudas apostata erat. Elegerat duodecim: sed unus diabolus erat iudas scarioth: qui contra dñm leuat calcaneū: de quo ipse dixit ut impleatur scriptura. Qui manducat panem meū leua uit cōtra me calcaneum suum. O iuda infelix dñicum panem māducas, & cōtra dñm calcaneum leuas: Heu quanti iudæ: qui panē dñi manducant, et dñm in opetibus suis calce percutiunt. Quāti de altari uiuunt, qui altari nō seruiūt, imō dominum altaris p̄ nihilo ducunt. Heu q̄ magis dolēdum est, quāti sacerdotes, sed falsi sacerdotes, q̄ panē xp̄i, corpus xp̄i sumunt ore, & xp̄m cōculcant pede, putridi foetore luxuriæ, infecti ueneno nequitix, isti sunt iudas scarioth, qui nisi se i melius cōmurauerint, utinam nati non essent. Sed tu serue dei monache, Christi tene exemplum, & ha-

bebis promissum, fac q̄ iussit, ut possis uenire ad illam beatitudinē quā promissit. Sequit̄, ammodo dico uobis prius q̄ fiat, ut cum factū fuerit credatis, q̄ ego sum, & est sensus. Vsq̄ huc tolleraui & tacui, sed iam noto proditorē ante q̄ fiat, quod mox est faciendū, ut cū factum fuerit credatis, q̄a ego sum ille de quo scriptura illa pdixit. Vos ergo fratres mei discipuli xp̄i, cogitate quid scarioth fecit, & uidete ne cōsimilia faciatis. Iudas contra xp̄m leua uit calcaneum. Vos ante illum p̄ternite corpus & animam iudas ab illo recessit. Vos aut̄ sequimini illum. Iudas uēdidit illum iudæis. uos aut̄ uendite quæ habetis, ut possitis cōperare eum. Non solum aut̄ quæ habetis, sed et̄ uosmetipsos p̄ amore tantæ pulcritudinis margaritæ pro nihilo reputetis, & illi soli placere, quā tum potestis contēdit. Ut ego & uos ad illius gaudia sine fine mansura, quæ ipse est ualeamus peruenire, per eundem mundi saluatorem. qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo tertius.

Vm de iure conditionis humana, omnem hominem exire oporteat ad opus suum. & ad operationem suam usq̄ ad uesperam, & scriptura nō possit solui, necesse est, ut unusquisq̄ dum in corpe uiuit, operari nō cesset, quod sibi expediat i æternum. Nam cito ueniet tps̄ & hora, quo labor omnis, & uniuersa cura laboris cessabit, & tunc ois homo secundum suum laborē mercedem habebit. Igit̄ cum nihil sit dulcius nec equius q̄ respirare in mādati dñi, in lege Christi meditari. Elegi quia mihi bonum est lex redemptoris mei super millia auri & argenti, & de fructu laboris meorum cui libet dare petenti. Tu aut̄ mi lector auct̄ scultra diligēter, & qd̄ tibi p̄ me loquatur xp̄s obserua. Ipse est quo nullus maior, nullus melior, quo nullus pulcrior, nullus dulcior, null̄ charior. Gloria sanctoꝝ, decus angelor̄, auct̄ & crea-

tor̄ cunctorum, qui ait discipulis suis. Amen amē dico uobis, q̄ accipit, si quē misero, me accipit. Et qui me accipit, accipit eum qui me misit. Postquam dominus & saluator noster suo exemplo docuerat humilitatem, & carnis passionem, supponit honorem, ut eos consoletur, affirmans quod ipse & pater eius in illis recipitur, qui pro illius amore recipiuntur, hic est notandum, q̄ in misso, non misit sed mittentis auctoritas cōmendatur. Qui ergo accipit nunciū xp̄i, xp̄m accipit. Et si xp̄m, & patrem xp̄i. Quid audis o xp̄iane? Veritas loq̄tur, ueritas mentiri non potest. Ait. n. qui accipit si quem misero, me accipit. Quem misit, quis est enim nuncius? uenit pauper, uenit mendicus, aduena est & peregrinus, nō habet qd̄ uestiat, non habet qd̄ manducet, non habet ubi caput reclinet. Venit ad ianuam tuam, ad domum tuā, non tanq̄ frater fr̄em, non tanq̄ consors confortem, sed tanq̄ seruus dñm, petit panē, postulat uestem, apud te quærit hospitari pro amore xp̄i. Quid tibi uidetur? Quis est iste mendicus, iste peregrinus qui apud te pro amore Christi tam humiliter, tam suppliciter orat hospitari? Missus Christi est, nuncius xp̄i est, non est solus, cum illo est xp̄s. Gaudēs suscipe. Gratanter refice, serui deuote cum timore & reuerētia magna, xp̄m suscipis, xp̄m reficis. Gaude & letare q̄ talē meruisti h̄re conuiuiam, scilicet mēsa, beata mensa: In qua xp̄s conuiuatur. In q̄ deus reficitur: infelix mēsa cui deest talis conuiua. O q̄ misera mensa, imō q̄ miser dominus mensa, q̄ pauperem pellet a mensa, q̄ pauperi claudit misericordiam uiscera. O serue neq̄, cuius uiscera negligunt aperire marsupium pietatis. Nōne oportuit te misereri cōseruo tuo? Quis tibi donauit quod habes? Nōne pauperis dominus? nōne pauperis & tui creator? Nonne natura uos creauit æquales. Et una eadem cōditione estis exituri? Cur nō te tangunt consinia fortis. Sulcipe miser, recollige mēdicum

& peregrinū, refice famelicū, uesti nudum, & opibus misericordix incumbere potes, cū pauper petierit, manū apere nō differas, nā eleemosynā tuam cū paupere fratre suscipit xp̄s. Te aut̄ mi lector, ne pauperem q̄so abhorreas, sed tā cito cū illū uideris, adorare ne negligas, licet sit scabiosus, siue leprosus, ueste sordidus, anhelitu foetidus, tñ brachijs charitatis astringe, & qd̄ a te petierit, charitatiue sponde. In ueritate donas xp̄o, accipit xp̄s, ipsemet testis, ipse mētiri non pōt, & in die iudicij tibi redditurus est mercedē æternā: Sequitur cū hoc dixisset Iesus, turbatus est spū, & prestatus est & dixit. Amē amē dico uobis, q̄a unus ex uobis me tradet. Qui turbatus Iesus fuit ex nra infirmitate, nō ex sua p̄tate nra infirmitas uero i eo turbata est nō sua p̄tās, sicut & uere passa, uoluntarie accipit turbationē, ne desperet seru? necessitate turbat? Qui turbat spū, significat p̄turbados spūales ex charitate, cum urgēs causa, zizania a tritico añ messem cogit separare. i. ante diē iudicij, cogit excōicare. Sed notādum est q̄ sunt duæ p̄turbaciones. i. turbatio carnis, & turbatio spiritus. Turbatio carnis est passio carnis. Turbatio spūs est timor, anxietas & sollicitudo, nō carne, sed spū turbat dñs cum dicturus esset. Unus ex uobis me tradet, non q̄ tūc primo subito cognouerit, & repentinum malū eum turbauerit. Sed q̄a iam eum fuerat exp̄surus ut nō lateret, & ille erat exiturus, & iudæos adducturus, turbauit eū proximū periculū proditoris, sicut sup̄ius dictū est, turbauit eum iminēs passio, sicut inferius d̄, nūc aia mea turbata est, & qd̄ dicam? Hæc dixit appropinquante hora passionis. Turbatus est dñs Iesus spū, & prestatus est quod occultum fuerat & dixit. Amē amē dico uobis, q̄a unus ex uobis exiturus est, & tradet me, un? ex uobis, sed nō uinculo charitatis unitus, est me traditurus. Aspiciebant ergo discipuli adinuicē, hæsitātes de quo diceret: Nō

minima turbatio timor & anxietas, ap̄loꝝ m̄tem uexabat: Putas quō Petrus & sancti ap̄li latebras m̄ctis intrabāt, ut si in aūthorē uitæ saltem in cogitatione aliqd̄ sinisterum putassent? non panē erant turbati, nam pallor q̄ erat in facie, declarabat dolorē qui uigebat in mente. At nil doloris gerebat, q̄ astutā rabido portabat sub pectore uulpem, non erat dolens, cui ingens dolor inesse debebat. O bonitas redēptoris. O pietas creatoris, neminē uult perire, sed omnes fieri saluos, sp̄aliter non designat traditorē suū, ne fieret impudentior uel in uerecundior manifeste deprehensus. Manifestat ergo crimen, & dat locum p̄niæ, ut proditor uidēs se latere nō posse, agat p̄niā. Sed uir ille p̄ditōis, nullius p̄niæ lamenta suscipiēs, talis uel peior remansit qualis fuerat prius, trāsitiēs in affectū cordis. Illi uero quorū ingens procella doloris corda turbabat, adinuitē aspiciēbant, dubitātes de quo diceret. Quia & si notu fuit cuiq̄ conscientia sua, alterius tñ erat ignota. Erat ergo recumbēs unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus, scilicet in q̄ discipulus ille, cui sic erat familiaris aūthor uitæ q̄ nunc est & futuræ, nimis honoratus est discipulus ille, q̄ sui capitis habuit reclinatoriū tam uenerabile pecc̄? .s. Iesu, Iesu xp̄i creatoris cunctoꝝ. Iesus aut̄ ualde eū diligebat, quē tanto honore sublimabat, o q̄ bñ q̄ secebat, qui supra pectus xp̄i quiescebat, o bñ ap̄le dei, discipule Iesu xp̄i. Ioannes bñ, uirinā m̄cerer illius dulcissimos pedes osculādo lacrymis rigare, in cuius pectore tu meruisti dormire. Utinā facie illius a longe saltē possem cōtemplari, in cuius pectore tā dulciter dormire meruisti. hic. n. de se quasi de alio dicit, ut res gestarū scriptor, nō sui uideat̄ predicator esse. Per sinū siue pectus, signabat̄ illud secretū de quo bibit diuinitatis sacramentū. Hunc diligebat Ioānem nō plus oibus, sed familiaris, ut p̄ pacem exiret de uita, nō per passionē. Huic inuinit. Simon Petrus & dixit. Quis est de

quo dicit. Sciebat autem Petrus q̄ xp̄s quodam priuilegio amoris. Ioānem diligebat, nec ei calaret sug diuinitatis secretum. Inuinit ideo ei Petrus, ut interrogaret eum, quis est. Itaq̄ cum recubisset supra pectus Iesu dixit. Domine q̄s est? Et merito de proditore suo magistrum interrogare non timuit, cui iam in sinu diuinitatis, ueritatis magister rimari secreta polorum monstrauit. Et dicit domine quis est? quis est ille in celis? quis est ille nequā? Quis est ille maledictus, quis est traditor tuus? Illum mihi rogo ne cēles, cui tuæ diuinitatis secreta es dignatus reuelare. Cui domini, ille est cui ego intinctum panē porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ simonis scariotis. Panis intinctio, significat fictionē Iudæ, qui fictus amicus uenit ad cenam. Quæ. n. tinguntur, non mū dant sed inficiunt. Sed quis panis iste fuit quē Iudas accepit intinctū, si dñs dederit, lectorem meum si audire dignabitur non relinquam suspensum. Sed primum sciēdum est, q̄ panis multipliciter accipitur in sacra scriptura. Per panem aliquando intelligitur dominus. Aliquando gratia spiritualis. Aliquando eruditio diuinæ doctrinæ. Aliquando hæreticorum prædicatio. Aliquando subsidium uitæ presentis. Aliquando iocunditas humanæ delectationis. Dominus dicitur panis, sicut ipse ait. Ego sum panis uiuus, qui de celo descēdi. Si uolumus dicere quod dominus fuit ille panis quem traditor accepit intinctum, non relinquimus trāmitem ueritatis. Iudas igit̄ panem intinctum accepit, quia dñm Iesum tñ hominem & nō deum putauit. Buccellam intinctam, uel panem subcineritiū intinctum comedit, quia etsi dñm moriturum, tamen resurrecturum non credidit. Ille beatissimus panis fuit intinctus cum si pedes in cruce pro nostra salute fuissent fixi, uisus est non habere speciem nec decorem. Hunc Iudæi qui p̄ Iudā significant, panē intinctum comedūt, quia xp̄m Iesum nō deū, sed

panē hominem fuisse credunt, & mortem illius concedunt. Sed resurrectionē ad huc non admittunt. Panē intinctum rodit, qui filium uirginis ante oīa sc̄ta fuisse cōtradicit. Ab illo panis intinctus roditur: qui a fidei soliditate deuiatur, nec hunc panē solidum digne poterit manducare, qui fidē catholicā uoluerit infirmare. Dñ panis gr̄a sp̄ualis, ut est illud propheticū. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinē, & claudit oculos suos ne uideat malum, iste in excelsis habitabit, munimenta saxoꝝ sublimitas eius, panis ei datus est, aque eius fideles sūt. Et est sensus. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem. i. qui suadētibus peccatis, q̄ carne & sanguine nascuntur, nō p̄bet consensum, & qui claudit oculos suos ne uideat malum. i. oī q̄ r̄ctitudinē aduersum est non appropinquat, iste in excelsis habitabit, quia quāuis eū ad huc caro in inferioribus retinet, mentē tñ in sublimibus iunxit. Munimenta saxoꝝ sublimitas eius, quia qui abiecta desideria terrene conuersationis calcit, ad supernā patriā p̄ præcedentium patrum exempli se subleuat, & quia p̄ cōtemplationis domum gr̄a sp̄ali fatiat, apte iungit. Panis ei datus est. i. donum gr̄e sp̄alis percepit, quia se ab infimis & imis celestia sperando suspendit. Hunc igit̄ panē. s. gratiā quā illi dederat dñs intinctum accepit, quia in Iesum consummatorē uirtutum, non amorē sed r̄cho rem exercuit. Huic debebat panis intinctus, cuius sanctitatem uultus palliabat sophisticus. Nā religionem simulabat in facie, quam non habebat in mente. Sanctitatem p̄tendebat in ueste, quā alienabat in corde, foris agnus in publico, intus lupus in occulto, foris discipulus xp̄i, intus discipulus diaboli. Multi. n. hūc panē comedūt, q̄a religionē quam p̄tendunt in uerbo, nō ostēdūt in facto.

Quanti monachi in monasterio sc̄ti Benedicti sunt, qui alijs Ingetibus ridēt. Alijs dolentibus gaudēt. Corpore claustrales, mente uagi, & nunq̄ stabiles. Pigri ad lectionem, tardi ad orōnem, in

bis, hoc est alium quantum in persona,  
non quantum in natura uel in essentia, da-  
bit uos, non qđ ipsi non haberēt, sed qđ  
habebāt minus & occulte, & acceptu-  
ri erāt amplius & manifeste, ut maneat  
uobiscū, hoc est uos illustret & doceat  
p̄dicare regnū dei, & euāgelizare, et  
uos credere faciat me esse patri equalē:  
quē nunc creditis esse minorē. Maneat  
etiā uobiscum in eternū, ut ad uidendū  
æterni luminis claritatem introducat, &  
me esse unum deū cum patre & eodem  
paraclēto sicut cito creditis, facie ad fa-  
ciem contēplari possitis, Paraclētus di-  
citur aduocat⁹ uel cōsolator, iste est ad-  
uocatus fidelium, iste est defensor & p̄-  
tector in se sperantiū, sine quo nihil est  
ualidum, nihil sanctū, iste suos p̄regit,  
iste defendit, iste p̄ illis pugnat quos in  
æternum gl̄ificat, iste in quā est cōsola-  
tor mœrentiū, pater orphanorū, marit⁹  
uiduarū. Quorū est mœrentiū cōsola-  
tor? mœrentiū de p̄p̄tatione delicti,  
de pœna futura cōmissi. Mœrentiū qđ

& seipos peccādo p̄diderunt, & regē  
gloriæ xp̄m ad iracundiam prouocau-  
erūt. Mœrentiū qđ illum spreuerunt in  
delicto, qđ pro illis fuit mortu⁹ in ligno.  
Mœrentiū qđ spem uitæ suæ xp̄m au-  
thorem salutis uidere non p̄nt. Hos au-  
tem oēs consolaf̄ spiritus Iesu. Conso-  
latur eos in hac uita p̄nti in spe, & con-  
solabitur in uita beatę foelicitatis in re.  
Iste inq; sp̄s ueritatis d̄r, qđ patri & fi-  
lio est consubstāntialis & cœternus, sp̄i-  
ritus ueritatis, sp̄s bonitatis, oīa qđ do-  
cet bona sunt, nullo errore falsitatis ob-  
ducta. Hunc sp̄m ueritatis uiri impij &  
mendaces accipere non p̄nt, oēs. n. qui  
hñt manus pollutas, nō dico. carnis sed  
mentis, nō stercore cœni sed foetore de-  
lictī, eum tam mūdum, tā splendidum,  
tam gloriosum, non ualent capere, non  
p̄nt tenere, nequeunt possidere. Hunc  
mūdus nō capit, hoc est mūdanus mū-  
di cultor, mūdi amator. Amatorē mun-  
di odit spiritus xp̄i. Ab illo fugit quem  
aliud nisi seipsum amare cognoscit. Ita  
uult amari ut nihil aliud p̄ter ip̄m ame-  
tur. Perfec̄te uult amari qđ solus uult di-  
ligi, non uult cōsortem h̄re in amore, qđ  
parem non h̄t in dilectionis retributio-  
ne, & tm̄ sic uult amari ut cunctę res si-  
mul ament cum ipso, & sic uult amari,  
ut nil p̄ter ipsum amet, omnis. n. creatu-  
ra iure creationis ab illo est, & oīs crea-  
tura in eo qđ est creatura, bona est. De-  
bet ergo ad hoc diligi creatura, ut i ipsa  
creator amet, non ipsa per se, sed p̄ eum  
qui illam creauit. Qui. n. sic diligit aurū,  
argentū, possessionem uariā suppellecti-  
lile, ita qđ hæc sunt sibi cā amoris, p̄se-  
cto non est in illo charitas p̄ris. Diligen-  
dus est ergo creator in cūctis creaturis,  
& cunctę p̄ ipsum creaturæ, & sic cun-  
cta diliguntur cū ipso, & tm̄ ipse solus  
diligit: Hunc capere non meref̄, qđ sca-  
biem ulcerosam h̄t in pelle, nec eū ui-  
dere iam ualet, qđ in occulto mētis albu-  
ginem h̄t. Mūdāus est ergo oculus  
mentis, ut mereamur uidere sp̄m ueritatis,  
& testa igne exanimata diuti⁹ ab  
oī scabiæ radēdum est corpus, ut oī ar-

re fuscipitum & bene politum, spūs sancti mereat effici templum: Sic debemus agere, sic debemus facere, si ad uidentū spēm claritatis illius uolumus puenire: Si sic fecerimus, & cū aplis Iesu illū cognoscemus, & apud nos manebit i hac pñti uita, & nobiscum erit in uita perēni. O q̄ foelix sponsa, o q̄ beata anima, quæ sic studet assidue mētis lauare sordes, ut cum illa habitare dignetur tāta beatitudinis hospes. Sciat quæcunq; literā nostram legere delectat, q̄ in anima subdita peccatis nō habitat ille speciosus spūs ueritatis, sola illa aīa peccatis esse subiecta dicit, quæ sic loris suæ prauitatis ligata tenetur, quæ nec uult nec q̄rit per pñtā lamenta, suæ iniquitatis uincula dissipare, nec liberatoris aīa rum auxilium implorare, sed quasi impudica meretrix, ultro & sportune corruptoribus suis se reuoluta pstituit: Illa uero sub peccatis non dicit, quæ p uitiis cōtra cuncta carnis incētia, abstinentiæ mucrone luctat, sine quo stulte de flore castitatis se iactat, qui cōtra illa quæ de carne & sanguine nascuntur peccata, p afflictionem carnis & p pñtū gaudēne mentis nō fortiter instat. Nam pereunt cupidinis arcus, cūm corpori nostro subtrahit cibus & potus: sed dū p obnoxia uenter distendit, mens caro & castitas incontinentie necesse est famulent. Nam dum uoluptati se gula inclinat, & manus oris amica ultra q̄natura teq̄rat: gula ruina ministrat corporis a ruina nutrit: & ipsa luxuria roboratur, ut ergo castitas uigeat in mēte, caro mactetur abstinentiæ falce, Nō enim est illi parcendum: si spūs sancti fieri uolumus tēplū. Ipse nos ab oī iniqua mēto carnis & spūs sic mūdare dignetur: ut dignū illius mereamur effici templū: hic & in ppetuū. In unitate cuius ui. & regnat, Christus cū patre deo benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo IX.

Equitur non uos relinquam orphanos: omnis. n. qui huius misere pegrinationis uias ærūno-

fas adhuc ambulare cōpellit: quæ amor & desiderium Christi sui: exiliū & uirg beatę inremore esse non sinit. capitulū istud sine gemitu & suspirijs legere, sicut arbitror non ualebit. Credo pp q̄ & loquor. Quō crucifixi amator istud capitulum legendo, lacrymas poterit cōtinere, dum ipsum resurgentē totum desiderium suū, in dextera patris sedentem adhuc nō ualere uidere? O dñe Iesu nisi amor tuus mihi fiduciam daret, me orphanum a te credere esse derelictū, quæ te sicut es uidere non possum: Dixisti. n. apostolis tuis, nō uos relinquam orphanos, ueniam ad uos. Sed ego miser adhuc nō merui a dño meo audire, non iam te ultra relinquam orphanū, cito ueniā ad te, & gaudebit cor tuū. Oīs a me interim recedat Igitia, quousq; ueniā uisurus quæ desiderat aīa mea. Mororem semp habebō amicū, quousque uidebo deū saluatore meum, nec mihi gaudium iā esse poterit, dum authore gaudij a me longe sic abire contigerit: Felix iniqua illa aīa, quæ quotidie gemit & luget, quæ authore oīum mūdi saluatorem xp̄m non uidet. Ipsa pfecto ri debet in die nouissimo, & gaudēs gaudebit in æternum cū xp̄o. Illa uero quæ nō gemit de xp̄i abscessu, uideat ne irrefragabiliter ploret in eiudem xp̄i aduentu. Illa sponsum spōsa suum nō amat, q̄ pro desiderio illi uidentū. si quo tpe nō suspirat: Non. n. xp̄m pfecte amare cōuincitur, qui p desiderio xp̄i suis oculis lacrymas nō largit: Sed ille nō poterit a xp̄o diutius separari, qui p eius amore quotidie didicit lacrymari: Cito ueniet ad suos dolētes, & absterget oēm lachrymam ab oculis eorū: & iam non erit amplius neq; luctus neque clamor, sed gaudij æternū de uisione xp̄i, q̄ dixit discip. suis, nō uos relinquam orphanos, & est sensus, nō uos relinq̄ orphanos. i. nōn ita dabit spūs per me, ut ego nō sim uobiscum, nō uos re. or. Orphanū græce, latine pupilli. Hic idcat se eē p̄rem illis: ueniam ad uos post resurrectionem illis: qui uobiscū sum semp pñtia ma-

iestatis diuinæ. Et adhuc modicum, & mundus iā non me uidet. Vos autē uidebitis me, bonis t̄m apparuit xp̄s post resurrectionem. non prauis & peruersis amatoribus mundi: Possūmus dicere q̄ modicum tps dicitur totū tps nostræ mortalitatis, quo finito auferet impius ne uideat gloriam dei, quæ uidebunt iusti. Quod autē dicit ego uiuo & uos uiuetis, sic est intelligendum, ego uiuo q̄ sum uita, & per me uitā uos uiuetis. Hoc uerbo pñti uiuo semp usus est, quæ mox erit futura resurrectio. Ad illos utiq; futuro, quorū est in fine futura resurrectio. In illa die uos cognoscetis, quæ ego in parte, & pater in me est. Et uos in me, & ego in uobis: Ac si dicat, in die nouissimo q̄n cōpleta fuerit uestra resurrectio, cognoscetis quō creditis, quæ ego in patre modo tanq; radius in sole unū cū ipso, & uos in me ut palmites in uite, & ego in uobis ut in palmitibus uitis. Sed mundus nec nunc uidet, nec tunc uidebit deum in sua maiestate fulgentē. Quis est iste mūdus maledictus a quo uideri nō poterit deus? Maledictus in q̄ maledictus, & ultra q̄ dici pōt maledictus erit, qui dñm xp̄m æternaliter nō uidebit: Mūdus enim nō uidebit, mūdus. i. mundi amator. Amatores. n. mundi, mundi uocantur. Nemo se seducat, quicūq; diligit mūdum mihi credat nō diligit deū, & si non diligit, unde uidebit, qui nō diligit deum cæcus est, uidere eum nō potest, q̄ nō hēt cor mundū, cor mite, cor mansuetum, cor charitatis dulcedine plenum: Oculorum lumē ammisit, nec ipsum uerū luminis authorem uidebit. Si ergo deū uidere desideras, cor tuum ab oī lepra peccati mundificare nō negligas, memēto ore ueritatis fuisse platum beati mūdo corde, q̄m ipsi deū uidebunt: Sed mūdus nō uidet eum, quæ non habet cor mundū: Mundus dicit pluribus modis, dicit mundus trina machinaretur, celestium, terrestriū, & infernorū, coelū, & quicq; coeli ambitu continet: Dicit mūdus amator mundi, ut hic, adhuc modicū & mūdus me iā

non uidet: Dicit & mundus q̄ est ab oī forde lotus & mundus, sicut est illud, mundi p abstinentia ipsi. canamus gloriam: De illo solo mūdo: imo de illis solis imundis. i. amatoribus mūdi, dicitur mundus nō uidet deum. Nam q̄ diligit mūdum nō est charitas p̄ris in eo: Valde sibi aduersatur ad inuicem amor mūdi & amor dei: Si amor mūdi habitat, non est quo intret amor dei, amor dei hoīem reuocat a mūdo, & amor mūdi hoīem a deo, unus deicit, alius extollit, unus suū possessorem deicit in infernū, alius subleuat & transmittit in cœlum, Amor mūdi totum mūdum q̄rit & nūquam sariat. Imo cum plus hēt, plus cupit semp hēre, Amor dei unū cupit semper hēre solū, illo contentus est, nil aliud iam possidere poptat: Amor dei nihil aliud querit nisi solū deū. Valde nobilis est amor iste, oē pulcrum de dignat amare, p̄ter inuolatę pulcritudinis florem. Illum. i. q̄ dicit. Ego sum flos cāpi & liliū cōuallium, oīa q̄ sunt quæ xp̄i non sunt, nō solum nō queit, sed etiam tanq; stercorea putrida abdicat & sublanat. Cuncta spernit, cuncta despicit, oīa sibi uilescūt, quæ ei solus xp̄s dulcescit: O foelix amor, o beate amor, qui te hāt, beati sunt, q̄ te hāt, felices sunt, nimis est foelix, nimis est beatus, cuius t̄m est dilectio xp̄s. Habeamus dilectissimi hanc foelicitatē, hēamus nostri creatoris lectionē. In hoc cognoscit amator xp̄i si seruat p̄cepta xp̄i: Vnde sequitur. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est q̄ diligit me: Qui hēt in memoria & seruat in uita: q̄ hēt faciēda, & seruat p̄seruando: Vel q̄ habet in sermonibus & seruat in moribus, uel hēt audiendo & seruat faciēdo. Ille est q̄ diligit me: Multi sunt. n. qui dñi mandata hāt, & ea minime tenēt. Multi hāt in libro, sed ea non tenēt in aīo, multi in uoce, sed non in opere, multi in memoria, sed non in uita, multi in uerbo, sed non in exēplo. Illi pfecto nō sunt de dilectio ribus xp̄i. Isti in quam plagis uapulant multis. Isti erit sterus & stridor

dentium, ignis sulfur & spiritus pcellarum ps poenae eorum cum diabolo & angelis eius. Sed diligentibus xpm magnū erit gaudium, magnū erit tripudiū, magna exultatio, magna gloriatio. Sequitur .n. qui diligit me diliget a patre meo, et ego diligam eū, & manifestabo ei me ipsum. Quid tibi uidet amator xpi cultor dei, despector tui, de pmo amoris tui? Quid tibi mali poterit nocere, aut qd tibi boni poterit deesse, si ille te diligit qui de nihilo cūcta creauit? o nimis foelix & ultra qd dici pōt beatus, quem pie diligit deus p̄r & filius eius cū spū xpi & dei, quid in quā foelicius, qd beatus, q̄ ab eo diligit q est dñs paradisi, q̄ habet p̄ratem uitae & mortis? Dānare & saluare, damnare quos odit, saluare quos diligit. Sicut .n. saluare non pōt quos odit, sic dānare nō pōt quos diligit. Sed o dñe Iesu qd facies dilectoribus tuis, dic rogo qd facies? Sic dic ut audia, nam & ego sum licet peccator, q̄ diligo te, quod erit p̄mium tuę dilectionis, qui suę fructus tui amoris, dic & legitima aīam meā de p̄mio. Qui te diligit ex toto corde suo illud attendit, illud expectat, pro eo q̄ tm̄ differit gemit & q̄nq̄ plorat. Quod est illud dic ut frēs audiant & intelligāt, intelligant & quærant, quærant & inueniāt, inueniant & accipiant, accipiant & teneāt, teneāt & ament, ament quantum p̄nt. Quid dabis dilectoribus tuis, qd manifestabis illis? Manifestabo eis me ipsum: Vbi sunt q̄ gemunt, ubi sunt q̄ lugent p̄ dilectione regni æterni, pro absentia xpi? Gaudēt & exultent, quia Iesus manifestabit se illis. Audistis frēs, audistis dolētes, audistis lugētes pro desiderio xpi, p̄ amore dilectissimi dñi plasmatoris, redēptoris, saluatoris totius paradisi, dulcedinis gr̄iæ & splendoris, gaudij & iocūditatis, audistis de p̄mio uestri laboris, de dono quod dabit Iesus meus, & utinam meus dilectoribus suis, dilectori meo inq̄t manifestabo me ipsum, o sum mum gaudium, o imensa lætitia. Quid dulcius, qd gloriosius, qd beatius q̄ il-

lum uidere facie ad facie? Cuius pulcritudinem sol & luna mirant, quę sancti angeli uidēt & uidere desiderant semp, et nunq̄ de eius uisione faciant. Qui est decor cœli, dulcedo paradisi, fides uiuentium, spes morientium, & salus oīum Iesus Christus dñs noster. Nihil chari⁹, nihil melius, q̄ ipse dñs diligentibus se nō p̄mittit aurę, nō argentū, non gemmas, nō lapides pretiosos, nō cœlū, nō terram, sed seipm̄ creatorē omnium & deum cūctorū, hoc est premiū amoris, meritū tuę dilectionis, qui dñm Iesum super oīa diligis, dico nō uoce sed opere, non ueste, sed mēte, non habitu, sed affectu, nō in simulatione sed in ueritate, seipm̄ tibi manifestabit, seipm̄ tibi dabit, uis amplius? Quæris aliud? Vile est quicqd sine ipso est. Diligis illum? Vide ergo ne aliud queras ab eo nisi se ipsum, dignatē cōtra perentem, si ipse petitionis cā principalis nō fuerit, q̄ uis oīa bona donat, libētius donat seipm̄. Noli timere de magnitudine, de nobilitate doni. Dilige eum ex toto corde, ex tota mente, & sic poteris ad eū secure accedere, ad eum intrare & dicere ei, uolo domine ut tu mihi portio sis in terra uiuentium, o foelix portio, o beata hæreditas, o domine Iesu quis mihi dabit ut in ueritate dicere possim dominus pars hæreditatis meę, utinā tu mihi sis p̄mium mei laboris, merces meę peregrinationis, & cōsolatio mei morroris. O Iesu Iesu, qui es causa mei amoris, tu mihi sis causa sufficiens possidēdę tantę possessionis. Sequitur, dicit ei Iudas non ille scarioth. Domine quid factum est, q̄a nobis manifestaturus es teipm̄ & nō mūdo? Audito q̄ mūdus nō uidebit eū, sed poti⁹ ipsi uidebūt, p̄ oībus q̄ siturus q̄rit iudas cām huius discretionis, hæc est autem causa dñi re-sponsione dilectio, per quam solam discernitur gens sancta a non sancta, & q̄ causa sit dilectio, probatur in custodia sermonum sicut dicit dominus. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: in hoc enim probatur dilectio-

dei. in obseruatione & custodia mandatorum Christi, q̄a probatio dilectionis exhibitio est operis, frustra .n. se deū diligere dicit, qui mandatis eius suis operibus cōtradicit. Immo illū habet odio, qui eius non obsecundat mandato. Nemo se tegat sub habitu religionis, null⁹ sibi palliare sanctitatē presumat sub regimine monastici ordinis. Ille tm̄ diligit Christum, qui pro suo posse ipsius fatagat obseruare mandatum.

Cum .n. uideris monachum ad contumeliam humilem, ad opprobria patientē, suis deuotum prioribus, in moribus mansuetum, tacitum ad loquendū, assiduum ad silentium. In claustro attentē legentē, in ecclesia suis uocibus xpm cum oī deuotione laudantē, si non continue tm̄ quotidie lacrymantē, parcū in refectione, ad obedientiam p̄optum, ubiq̄ pro clium, ubiq̄ inclinātū, ubiq̄ uerecundum, ore cœlum pulsantē, semp ad dñm corde clamantem, cultorē pximi, & contēptorem sui. Cunctos diligentem, seipm̄ odientem, tunc dicere poteris monachus iste sui creatoris seruat mandatum: o q̄ foelix, o q̄ btūs est monachus talis. Profecto iste monachus sui habebit p̄mium dñm Iesum & dñm n̄m, sed ille qui charitatem nō habet, qui eius non seruat sermonem, iam non est eius. Qd̄ ergo erit p̄mium istius? Ignis & sulphuris amnis, mors & infernus p̄mium eius, utinā tu natus nō esses, si tibi talis debetur hæreditas. Igitur si p̄mium quod Christus est h̄re desideras, illius sermonem serua. s. mandatum nouū do uobis? ut diligatis uos inuicē. Si diligis xpm, necesse est ut diligas fr̄em tuum. Tuū .n. spernit amorē, sed in tuo fr̄e tm̄ habes charitatē, imo te odit si fr̄em tuum non diligis. Ergo ne incurras odium Christi, teneas illam charitatem fr̄is tui. Magnum p̄mium sequit̄ inde. Qd̄ p̄mium superius dictum est, & adhuc repetere libet. Istud p̄mium q̄o amplius ruminat̄ i ore, tanto magis mellefcit in corde, & quantē sit dulcedinis non ignorat, q̄ ut

illud iam habere ualeat assidue pro uiribus elaborat. P̄mium fraternæ dilectionis, amorem Christi & dei p̄ris sui, ipsa ueritas ait. Si quis sermonem meū seruabit diligit me, & p̄r meus diligit eum. Si p̄r deus te diligit, quid tibi boni deesse poterit? nihil. Quicqd .n. petieris impetrabis, imo ipm̄ dñm largitorē oīm bonorū sine fine cum sanctis angelis possidebis, nōne ille est sūm̄ btūs, quem deus p̄r diligit, & dñs Iesus xps filius eius. Foelix inq̄ nimis quem p̄r & filius & spūs sc̄tus diligit deus, o si me diligeret deus meus creator meus redēptor meus, iam nihil amplius i hoc mūdo quærerē. Mihi in hac uita solus sufficient amor xpi. Amor xpi dulcis est, & delectabilis & iocūdus. Sanitatē ægris lumen cæcis, mœstis lætitiā, pct̄oribus confortibus iumentorū, confortia angelorū largit̄ & tribuit. Insuper & ipsum dñm angelorū & creatorem cunctorū. Qui me diligit ait dñs Iesus, & p̄r meus diligit eum, & ad eum uenimus, & m̄a sionem apud eum faciemus. Venit de⁹ ad hoīem dum hō uenit ad deum, uenit hō credendo obediendo, intuendo capiēdo. Deus uenit ad hoīem subueniēdo, illuminando, implendo, hoc .n. p̄cedit ex charitate xpi, hoc totum puenit ex amore dei. Charitas te domum dñi facit, & dñm domum tibi. Deus est charitas, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Foelix artifex charitas, q̄ conditori suo talem domū potens est fabricare. Domus ista non constat ex cemento & latere, nec lapide, nec ligno, nec auro, nec argento, nec lapide pretioso, Oē aurę excedit, argentū supereminet uniuersum. In eius comparatione lapides pretiosi uilescunt: nil est qd̄ ualeat comparari pulcritudini eius & speciositati. Mel comparatum dulcedini eius, sic est quasi ablinthium comparatum dulcedini mellis, omnia quę sunt quantumlibet pulcra quantumlibet speciosa, in eius cōparatione nec reputari debent. Domus ista est domus eter-

ria, ante oia secula ante oia tpa, oia continens, uniuersa complectens, oia creans, uniuersa uiuificans. In hac domo cæci lumina, claudii gressum, curui rectitudinē, infirmi sanitatē, mortui resurrectionem, cuncti qui intrant accipiunt, nullus miser in ea. In ea cuncti beati. Qui intrat in eam, intrat in gaudium dñi sui quæ ipse est, & hic habebit se optime æternæ in optimo qui est deus benedictus per secula. O dilectissimi fr̄es, nonne hæc prætoriosa domus super mel & fauum dulce scit in cordibus ur̄is? nonne aia christiana Iesu Christi sponsa dilecta tuis paranimphis atabus sc̄toꝝ & spiritibus angelicis imperas flendo & ploras rogando dices: Filia hier̄salm nunciare dilecto, quia in eius amore languo: Pax illum diligis si pro eius amore quotidie non ploras & gemis, nam illius abñtia sp̄s diligenti solet fluuius esse lacrymarum. Cum illum quærit & non inuenit, uocat & non inuenit, nisi nisi flere eam delectat, & ut ei magis flere libeat, oē q̄ triste coaceruat. Scio & certus sum, q̄ absterget deus oēm lacrymam ab oculis ei⁹, cum uenerit dies nuptiarum xp̄i ecclesie, tpe illo quo fuerint uirgines introducte in thalamum regis æterni. Sed quō ab oculis tuis absterget lacrymas, si p̄ ei⁹ amore non gemis & ploras? Credo q̄ pax illum diligis, si pro eius amore nō suspiras & plangis. Si sices, monachus non es, sed dicis mihi ego non possum flere. Ad quem ego. Ideo nō ploras, quia xp̄m perfecte non amas, lacrymę ergo testes amoris sunt. Si nō ploras p̄ amore p̄rig, plange tñ pro timore gehennæ. Sed dicis ne hoc possum. Cui ego: Si hoc non potes, nec times mortem, nec amas uitam, & si times, aut pax, aut ex toto nihil. Tu autē cui seruatur hæreditas in æterna uita deum time, & eius mandata custodi. Qui nō diligit me ait dñs Iesus filius dei, sermones meos nō seruat. Nos illum pro uiribus diligam⁹, & illius præcepta seruemus, quia in de magna sequit̄ merces, q̄ uero sequit̄, & sermonē quem audistis nō est meus,

sic est intelligendū, sic est exponendū. Sermo quem audistis non est meus, & est ibi q̄dam figura q̄ d̄r antiptalis, q̄n casus ponitur p̄ casu, rogo te ne te moueat, ne te conturbet, qui totam spem tuam ponis in dñm Iesum Christum, et ex toto corde diligis illum, credens illū esse uerū deum cū p̄re & sp̄s sc̄to illud quod dicit. Sermonem quem audistis non est meus, sed p̄ris, quia ego nō sū a me, sed a patre. Sum deus de deo, lumen de lumine, filius de p̄re. Unus cū illo in essentia, in maiestate, in diuinitate, in uirtute, in potentia, in creatione, non posterior eo uel prior, nō maior nec minor, sed oio illi æqualis. Alius sum in p̄sona, non alius in natura, nā alia est p̄sona p̄ris, alia filij, alia sp̄s sancti. Verba q̄ ego loquor uobis, patris mei sunt, quia ipse me misit, & ego sum ab ipso, & uerba mea sunt ab ipso. Vel aliter. Sermo quem audistis non est meus. nō est assumpti hoīs, sed dei assumptis, non est hoīs filij, sed est filij dei, non est meus secundū q̄ natus sum de uirgine, sed est meus sc̄dm q̄ sum genitus a deo patre: Non est meus in eo q̄ sum filius uirginis, sed est meus in eo q̄ sum filius dei p̄ris. Superius dixit, qui non diligit me sermones meos nō seruat, hic autē dicit. Sermonem quem audistis non est me⁹. Superius dixit sermones meos. Nunc autē dicit. Sermonē quē audistis non est meus. Valde contraria sunt, est & non est, sunt & non sunt, est meus & non est meus. Sunt mei & non sunt mei. Et tñ sicut ueritas loq̄ ita est. Sunt sui, in quantum creator, nō in quantum creatura. In quantum deus nō in quantum hō. Sunt sui, quia oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non sunt sui, sed p̄ris, quia factus est obediens usq̄ ad mortē, mortē autē crucis. Vel forte hoc dicit, ut discipuli eius qui mundum in illo perfecte credebant, firmiter sua præcepta tenerent, & obnoxius obseruarent. Dum scirent illa p̄cepta esse dei p̄ris factoris & creatoris cunctoꝝ. Maioris sublimitatis, maioris excellentiæ, & di

gnitatis semper ut p̄r esse q̄ filius, hoc enim dico in humanitate, non in diuinitate, quia in diuinitate filius p̄ri est æq̄lis, non eo posterior, non eo minor, æq̄lis est p̄ri sc̄dm diuinitatem, minor p̄re sc̄dm humanitatem, ut ergo illius uerba chari⁹ teneret audita discipuli sui, & eorum sequaces, dixit illa esse sui p̄ris. Ac si diceret. Ea q̄ p̄cipio uobis irrefragabiliter debent obseruari, nec in totū, nec in partē rō ulla permittit conuelli, quia non sunt mea, sed p̄ris mei, nā ego a p̄re sum filius, unde uerba mea & opa non sunt mea, sed p̄ris. P̄ri in me manēs facit opera sua, per me dar uobis p̄cepta, hoc est de terra terren⁹ trabea mortalitatis indutus in hac ualle lacrymarum: a gaudijs paradisi expulsus deum loquentem non merebat̄ audire in hoc ærumnoso exilio, cuius præcepta contempnit ad huc positus in paradiso, & q̄ uia sibi remansisset redeunti ad p̄riam, nec miseriam excogitare ualebat. Sed illi⁹ miseratus dñs suus, q̄rere uenit errantem, cōsolari dolentem, sanare infirmū, releuare d̄iectum, p̄riam restituere exuli, & mortuo uicā sine fine mansuram. Unde uenit uerbum ad carnē, deus ad hoīem, & uerbum factum est caro, & deus factus est hō, & uerbum per carnē, & deus p̄ hominem, ore ad os loquitur ad ipsum hominem, & sc̄dm hoīem dat hoī uitæ p̄ceptum, ut hō hoī obediat, & per ipsum hoīem deum, ad ipsum deum hoīem redeat a quo: si deo miser per inobediētiam recesserat. Unde de⁹ homo apud hoīes manens mortalitatis, mortalibus dat uitæ mandatum, ut imortales per ipm iam facti, cum illo immortaliter uiuere possint beati, & hic notandæ sunt duæ dñi mansiones, una in uia alia in patria, una tp̄alis q̄n nobiscum mansit in carne, alia æterna in qua manebimus cū illo in aia glorificati & corpore. De prima dicit in consequentibus. Hæc locutus sum uobis apud uos manens. s. p̄ntia corporali. Sed ueniet tps, ut a uobis subtraham p̄ntiā carnis, & sic amodo per sp̄m locutus sum uobis, unde recte

sequitur. Paracletus autē sp̄s sc̄tus quē mittet p̄r in noīe meo, ille uos docebit oia, & suggeret oia quęcumq̄ dixerō uobis. Docebit inquit dñs Iesus, q̄ uobis dixerō, non q̄ aliud filius dicat, & aliud spiritus doceat, quia quod xp̄s dicit, & docet, ipsa trinitas dicit & docet, sed quia trinitas est, oportet singulas insinuari p̄sonas, quas nos distincte audire & inseparabiliter debemus intelligere. Cū ergo dicimus pater & filius & sp̄s sc̄tus non eos s̄l̄ dicimus cum nō possint esse non s̄l̄. Quē uero dicit. Paracletus quem mittet p̄r & sic est intelligendū. Ego corporali p̄ntia uos deserō, sed non uos p̄ntia sp̄s derelinquo. Corpus q̄ de terra suscepi ad cœlestia subleuo, sed p̄ sp̄m meum usq̄ ad consumationem seculi uobiscum manebo. P̄r me misit ut apparerem in carne uisibilis, sed uenit hora & tps ut soluā debita mortis, & resurgens a mortuis ascēdam sessurus ad dexterā p̄ris, nec amodo in carne mortaliter mūdus me uidebit. Paracletus autē sp̄s quē mittet p̄r in noīe meo, abū dantia suæ dulcedinis uos cōsolabit̄ de abñtia meæ carnis, & erit uester maḡr, non foris uerba perstrepens, sed intus in corde docens suggeret uobis oia, & uos docebit oia quęcumq̄ per illū dixerō uobis. i. inspirauero uobis, ipse erit doctor uester, & cōsolatio ur̄a. Non poteritis dolere de abñtia carnis meæ, dum ipse sp̄s manet in cordib⁹ ur̄is. Veniat obsecro dñe Iesum ille sp̄s tuus deus & dñs meus, ueniat in cor meum, & sic inebriet illud tuo amore, ut nullū alium præter te queram amorē, nullam aliam præter te amē pulcritudinē, nullam præter te ualeam gustare dulcedinem, quies fauus mellis. deus & homo, mel de deo patre, fauus de uirgine matre. Mel in sinu p̄ris. Fauus fractus in cruce. Mel impassibilis regnans cum patre, fauus in sepulcro. Mel cum patre & spiritu sancto regnans in cœlo. & in omni loco, benedictus per cūcta secula seculorum. Amē.

Erba dñi Iesu, qui illum ex toto corde diligere nouit, q̄ sint dulcia sapit, nec illis iam claudere ualebit additum, qui in armario peccatoris sui, xpm dñm uitæ perennis, amplexibus strictis totius paradisi pulchritudinis continet iocunditatem & gaudium, illa sunt pascua uitæ, refectio aig, dulcedinis pocula, dilectio xpi lætificantia corda, cariora diligentibus xpm super auræ & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fau. Negligentibus & male uiuentibus, tanq̄ bilis amara odiosa, non modicum fastidiosa per omnem modum. Illis poenã æternam, diligentibus xpm præparauit perpetuam gloriam. Illis supplicium, istis præmium in uita beata. Illis mortẽ istis uitam. Illis infernum, istis societate angelor̄. Quicumq̄ sunt illi, lugeat doleant, aurem cordis aperiant, uerbũ dei suscipiant, & quod præcipit faciant. In illo sunt thesauri sapie & scientie, diuitie & glorie multæ. Igitur audiant præceptorem xpi, quos audire delectat uerba eiusdem xpi. Sed rogo ut se preparat ad lacrymas fundendum, qui uerbis xpi iam præparat auditum, Quo poterit iam lacrymas continere, ubi nouerit iam xpm itur̄ ad patrem discipulis suis toto charitatis amplexu pacem dedisse? Ait dñs discipulis suis.

Pacem relinquo uobis, pacem meã do uobis, non quõ mundus dat ego do uobis. Dñs. n. Iesus, ubi uenit tps quo p mortem suam disposuerat humanũ genus saluare, & aiam suam dare redemptionem pro multis, relinquere mundũ & ascendere ad dexteram p̄ris, discipulos suos quos corpali p̄ntia deserbat, toto charitatis affectu intra sinum amoris non mediocriter continebat, inde uelut recedens ab eis, & quasi deferens illos, modis quibus poterat de absentia sua eos consolari studebat. Sed quanto magis eos consolari uolebat, tanto magis illos amarissimo mœrore replebat. Tunc uelut ultimũ uale faciens illis; eos

amplectens in eor̄ oscula forsitan ruit. Sed quãtus ibi fuerit fluuius lacrymar̄ quis æstimare ualebit. Cuius cor etiam si saxum esset, tanta redundantia charitatis lacrymar̄ fontem totum non resoluisset? Ministri lacrymar̄ tũc erant amor & dolor. O quãtus amor. O quãtus dolor. Et quia multus amor, iõ multus dolor, nam cũ magno dolore relinquēbant, quẽ cum magno amore possi debāt, o quãtus erat ibi amor, nihil aliud uolebant, nihil aliud q̄rebāt, nihil aliud desiderabant, nisi esse cum dño, illius p̄frui uisione, iocundari eius dulcissima locutione, satiari eius melliflua conuersione. Cum hæc oia cogitabant, & o q̄ cito his omnibus essent carituri ad memoriam reuocabāt, tunc per fluuios lacrymar̄ emanabant dolores amarissimi cordium. Quãta erat ibi amoris sua uitas, & quanta suauitatis charitas. Dũ discipulor̄ labijs imprimerentur labia redemptoris. Tunc in ueritate illi dicere poterāt, mel & lac sub lingua tua, et fauus distillans sunt labia tua, odor tuus oem balsami odorem excedit, & qcqd in odoribus continetur, & uere sic erat. O quanta erat ibi odoris fragrantia, ubi erat tanta amoris abundantia, & quanta erat ibi tristitia, de tanti odoris & dulcedinis futura absentia. Quibus singulibus existimabo discipulor̄ corda fuisse uexata dũ audirent. Pacem meã do uobis, pacẽ relinquo uobis. Ibi mœror erat & luctus, oes erant una uoce plangentes, pacẽ inquit dñs Iesus discipulis suis meã do uobis, pacẽ relinquo uobis, non quomodo mundus dat ego do uobis. Ego iturus ad p̄rem, pacẽ relinquo uobis, & uos perducturus ad patrem pacem meã do uobis. Hoc est qd̄ p̄pheta dicit. Pacem super pacem. Et alibi dñe dabis pacem nobis, pacem quia in te sperauimus. Pax est in hoc seculo, in qua manētes hostẽ uincimus, in uicem diligimus, & de occultis inuicẽ non iudicamus. Pax erit in futuro. Cum sine hoste regnabimus, ubi alter ab altero non poterit dissentire, ubi oia erunt nuda

nuda & aperta, laus unicuiq̄ a deo. In illo aut̄ est utraq̄ pax. Ipse est pax nra, q̄a nos pacificauit deo per sanguinem suum. Erat pax uia in futuro, cum tradidit regnum deo & p̄ri, & erit de oia in oibus, qm̄ nõ erit luctatio cum carne & sanguine. Immo palma & corona decertato agone, cum uiderimus eũ sicuti est. Sed forte admirabit n̄ auditor, cũ in hoc libello seruuĩ xpi, ipm̄ iuenerint xpm pacem dedisse discipulis suis. Ad quẽ p̄ctõr xpi. Quid miraris, qd̄ turbaris, hoc nõ est magnũ qd̄ audis. Quid putas esse abiectius, an flexis genib̄ discipulor̄ pedes lauasse. An eos in pacis osculo suscepisse: illis non horruit pacis osculũ dare, p̄ q̄bus nõ timuit patibulũ crucis subire. Sed forte dicit. Ego i aplo lego qd̄ xps discipulis suis dixerit. Pacẽ relinquo uobis, pacẽ meã do uobis. Sed nõ lego qd̄ sua sc̄issima labia discipulorũ ipresserit labijs, cui ore ueritatis cõstat esse platũ, cur cõstare nõ debet esse cõpletũ? Nõ est piculosum sic credere, nõ est danabile sic sentire. Nõ ẽ cõtra fidẽ. Seq̄. Nõ quõ mundus dat ego do uobis. Qualẽ pacẽ dat mundus iste? Pacẽ falsã, pacẽ fictã, pacẽ sophysticã, pacẽ paliaticã. Pax est uinculũ amoris, & indissolubilis cõpago charitatis, sed qd̄ amat mundus, p̄rius utiq̄ nihil. Nihil amat, nihil diligit, cũ cõta odit, cũ cõta pimit & occidit. Ab egressu pprie m̄ris uteri, usq̄ ad ingressum uētris oium m̄ris qd̄ hēt hõ miser a mudo? Famẽ, sitim, nuditatẽ, frigus crucias, cauma per turbas, scabiẽ cutis, dolorẽ capitis, cira-grã in manib. podagra in pedib., morbũ in liene, morbũ in iecore, undiq̄ miseria intus & extra. Foris illũ iterficit gladius, & domi mors sitis est. Ad ultimũ morte sua cunctos p̄sternit & deicit. Ecce qlis est amor mudi, qlis est dilectio mudi. Et tñ miseri hoies mudi fallaciã nõ attendentes, odientẽ diligunt, & sceuo eius gladio spõte colla submitunt, isti miseri sunt sine cõsilio, sed utinã saperet & intelligeret, & his q̄ uetura sunt in nouissimis t̄pibus p̄uideret. Profecto mundũ

odiret, & non diligere, dñẽ etiã afr̄ mundus. Crey trãseuntũ amatores. Sed qlis sit pax & cõcordia inter illos, sapiẽs quẽ que aduertere facile p̄õ. Igit̄ sp̄reta huius mundi pace & cõcordia, adhuc ad pacẽ dñi nri Iesu xpi redeamus, quã eiã dilectionẽ esse & credere, qd̄ dilexit nos, & lauit nos a p̄ctis nris in sanguine suo, uĩ non esse absurdum. Hæc est illa dilectio, qd̄ deus mundũ sic dilexit, ut se mudo hoĩem daret, ut ois qui credit in illũ non pereat, sed habeat uitã æternã. Hæc pacẽ. sc̄ charitatem illis reliquit, cũ aiam suam pro illoꝝ salute dedit, hoc est corpus illud sc̄issimũ qd̄ de intemerata uirgine sumpsit, in tã horrendo climate crucis posuit cõfusione contẽpta, hæc pacem nobis reliquit. Sicut bñs Petrus ap̄s asserit dicẽs. xps passus est p̄ nobis, relinquens exemplũ ut sequamur uestigia eius. Et ad hanc charitatẽ alibi nos hortatur ubi ait. xpo in carne passo & uos eadẽ cogitatione armamini, hæc pacẽ nobis moriendo reliquit. Aliã pacẽ nobis resurgendo donauit, prima nos liberat a p̄ctõ. Sc̄da nos recõciliat dño, prima nobis p̄ctã dimittit, sc̄da nos ad gaudia paradisi perducit. Primã nobis dedit moriturus in cruce. Sc̄dam nobis dabit in æternitate regnans cũ p̄re. Prima fuit in luctu & dolore, sc̄da erit in gaudio & exultatione. Prima lacrymosa, sc̄da gloriosa. Prima est in miseria, sc̄da erit in gloria. In prima sumus fletus pro xpo. In sc̄da erimus gaudentes cum xpo. Vnde non imerito plorant discipuli pro maḡo, serui pro dño. Ab illis quodãmodo per mortem recessuro. Nec mis̄. Videbant unde dolere poterat, sed non credebāt uĩ gaudere debebant. Lugebāt q̄a xpm moriturũ sciebant, sed illũ resurrecturũ & ad coelos ascensurũ, adhuc nõ perfecte credebāt, poterat unus quisq̄ illoꝝ ueraciter dicere. Si tñ præ dolore loqui ualebāt. Itercirco ego ploro & oculus meus deducit aquam, quia me deserit consolator meus consolans aiam meã. Quos ut dñs amarissime flere respexit, credo qd̄

lacrymas scdm hoſem continere nō potuit. Sed modis quibus ualuit eos cōſolari non diſtulit dicens. Non turbet cor ur̄m, quia uos in pace relinquo, neq; formidet q̄ſi uos lupus iuadat paſtoris abſentiam, q̄a ſicut hō uado, ſed ſicut deſum p̄ns, nō turbet cor ur̄m neq; formidet de morte mea, q̄a poſt tres dies reſurgā & ueniā ad uos, & uidebitis me uitā, in quē q̄cūq; crediderit, mortis imperio ſubiacerē nō poterit. Vado ſed iterū ueniā ad uos, & accipiā uos ad me ip̄m, ut ubi ſum ego & uos ſitis. Nō debetis turbari, nō debetis contriſtari de aſcēſu meo, uñ mihi tātus puenit honor & gl̄ia tāta, poti⁹ inde gaudere debetis. Nō me diligitis. Si diligeretis me, gauderetis utiq; q̄a uado ad p̄rem, quia p̄ maior me eſt. Iā impate lacrymis, q̄a de meo abſeſſu gaudere debetis. Nolite ſte uos indulgere, q̄a ad p̄rem uado, nec uos relinquo. Ad p̄rem uado ſcdm carnē, nec uos relinquo ſcdm diuinitatem. Ad p̄rem uadit hō aſſūptus, & uobiſcū remanebit p̄ris aſſumēs filiū. Corpus qd̄ de uirginea terra ſuſcepit, ſupra choros angelorū ex alto, ut filius hoīs ibi ſedeat ſ dextera p̄ris & hēat p̄ gr̄amē q̄cquid ipſe de⁹ hēt p̄ naturā. Ad p̄rem uado, ut genus humanū diabolica fraude deceptū, aculeo antiq̄ ſerpētis occiſum, in hac ualle lacrymarū ſepultū, in celo collocē, & ad gregē angelorū reportē centeſimam ouem perditam, per longū t̄ps errantem. Et ideo rogo ne turbetur cor ur̄m de morte mea, q̄a ſic fieri oportet. Expediit ut unus homo moriatur p̄ pp̄lo, & non tota gens pereat. Tm̄ tribus diebus & tribus noctibus ero in corde terrae, poſtea die tertia reſurgam perempto principe mundi, & uidebitis me & gaudebit cor ur̄m. xl. die aſcendam in caelum ſeſſurus añ dextera p̄ris, & illuc traham uos ad me ip̄m, me cū ſeliciter regnatos, & ideo rogo gaudeate. O bone Ieſu dñe deus, uita mea, tota ſpes mea, omne deſiderium noſtrū, quid nobis ais? Quid nobis pro te gementibus & lugentibus dicis? ſis enim

uita quae nunquam morieris, q̄ tu es totum deſiderium n̄m, ideo gemimus & dolemus ualde, quia te ſicut es, uidere non poſſumus. Valde. n. Dñe Ieſu, unica ſpes noſtræ ſalutis. Turbatur cor n̄m, quia adhuc non meruimus uidere te dominum noſtrū. Gemimus & dolemus, & multū turbatur cor n̄m, ſed adhuc a dño noſtro non meruimus audire, non turbetur cor ur̄m. O ſcelices apoſtoli, o beati diſcipuli dñi. Vos enim meruiſtis illum in carne uidere præſentem, docētem in uerbis, potentem in factis, infirmos curantem, mortuos ſuſcitantē. Cū illo ambulare, cum illo ſedere, una cum illo ſumere cibum, illum a mortuis reſurgentem, ad caelos aſcendentem, nūc uideatis illum in ſinu patris ſui fulgentem. Quid. n. ſceliciter? quid ue beatius, quā perfrui uiſione dei? q̄ dilecta illa tua uiſio dñe deus, hanc anima mea peccatrix concupiſcit, & quia eam adhuc nō habet, quodāmodo languet & deſicit, ſed ſpero in dño Ieſu xp̄o, q̄ in carne mea uidebo deum ſaluatorem meum. Reſpōta eſt hæc ſpes mea in mēte mea. Ego iterim gaudens gaudebo, & ſemper aia mea exultabit de Ieſu ſaluatore meo, q̄ reſurgēs a mortuis aſcēdit ad caelos, & ſedet bt̄s ad dextera p̄ris. Quia aſcēſurus ad p̄rem dolentibus diſcipulis dixit. Si diligeretis me gauderetis utiq; q̄a uado ad p̄rem, quia p̄ maior me eſt. Sequitur. Et nunc dixi uobis priuſq; fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam nunc dico uobis, uado ad patrem priuſq; fiat, ut poſtq; aſcēdero, perfecte credatis quia ego ſum filius dei. Vt credatis inquit. Credatis, non qd̄ factū uidiſtis, q̄a hæc nō eſt laus uel meritum ſi dei, immo non eſt fides de eo quod ur̄. Sed credatis me filium dei, non noua ſi de, quia & prius credidiſtis, ſed aucta & reſerta, modo cum hæc dicere, erat ſi des illorū parua, & cum moreretur ſuit nulla. Sequitur, iam non multa loquar uobiſcum. Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquā, imminet t̄ps & hora ut ſoluam debitum

mortis, & in hac mortali carne iam nō multa loquar uobiſcum. Venit diabol⁹, non princeps creaturæ ſed pct̄or⁹, nō lucis, ſed tenebrarū, nō uitę ſed mortis, non gaudiij, ſed mœroris, & in me non habet quicquam. i. nihil eſt in me quod ad eū p̄tineat, ipſe pct̄m̄ non fecit, nec unq; uoluit, nec peccare unq; potuit. Nō luit h̄re deus qd̄ perderet. Pauper uenit ne diabolus h̄ret qd̄ auferret. Venit. n. princeps ſup̄bię, princeps inuidiæ, princeps liuoris & dololitat̄is, princeps r̄coris & cuiuſlibet malæ uolūtatis. Ad p̄cipē humilitatis, paciēt̄iæ & benignitatis, p̄ncipē uitæ & reſurrectionis, p̄ncipem gl̄oriæ & beatitudinis ſempiternæ. Ad eū uenit, ut uideret ſi in eo maculam pct̄i aliqua inueniret, uiderat eum trabea n̄ræ mortalitatis indutum, morti uicinū, & in eo ſe credidit aliquid inuenire qd̄ ei in morte poſſet obſcere. Sed miſer ille deceptus eſt, q̄a in eo nihil inuenit pp̄rium, ſed per ip̄m ius qd̄ habebat in alijs amiſit antiquū, per oia ſit Ieſus benedictus, qui in diebus carnis ſuæ preces & obſecrationes obtulit ad eū, qui poterat illum ſaluare a morte, cum lacrymis & clamore ualido offerēs, & exauditus eſt pro ſua reuerentiā, qui et cum eſſet filius dei, didicit t̄m̄ ex his que paſſus eſt obedientiam, & conſumatus factus eſt oibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternę. In quo auct̄or mortis pct̄m̄ nullum inuenit, ſicut ipſa ueritas dixit, uenit. n. princeps mūdi huius, & in me nō habet quicq; ſed forte poſſet dicere aliquis. Cur ergo moreris ſi pct̄m̄ non habes, cum mors ex pct̄o t̄m̄ ſit conſecuta? Ideo facit hic antiſoporam, & reſpondet huic r̄acitæ quæſtioni & dicit, ut cognoſcat mundus quia diligo patrem, & hoc mandatum dedit mihi pater ut facerem, ac ſi diceret, uerum eſt q̄ adhuc mors non eſſet ſi pct̄m̄ non fuiſſet, & ideo ueni moriturus in mundum, ut morte mea delerem pct̄m̄, hæc eſt enim uolūt̄as patris mei, ut pro ſalute generis humani ſumā ſup̄plicium crucis. Vt ergo mundus cogno

ſcat quia diligo p̄rem, quod mihi mandatum dedit facio illud, hoc eſt q̄ beatus apoſtolus dixit. Factus eſt obediēs patri uſq; ad mortem, mortem autē crucis. Sequitur. Surgite eamus hinc. Adhuc erat in loco ubi diſcubuerat cum diſcipulis ſuis. Vnde diſcumbentibus dixit. Surgite eamus hinc, ad locum i quo tradendus ſum in morte. Non eſt amplius hic ulterius iam ſedendum, præterit tempus requietionis, & ecce t̄ps feſtinaſſis. Surgite & uenite poſt me. Me. n. præcedentem ad paſſionem ſequi debetis, quia ego ſum uitis & uos palmites. Ego ſum caput ueſtrum. eiufdē naturæ uobiſcum, & capite languente cætera membra inſici debent. Scdm̄ q̄ ſum hō, ſum caput eccleſiæ, & iō uobiſcū eiufdē naturę. Ego ſum uitis uera, non illa quæ uerſa eſt in amaritudinē, q̄ expectabā ut faceret uuas, & fecit agreſtes labruſcas. Ego ſum odorifera uitis, pulcritudinis miræ, floribus ſœcunda, dās botrū dulciſſimū, cūctis palmitib⁹ meis manētibus in me. Ego ſum uitis tale gñans uinū quod lætificat cor hoīs. Ego ſum uitis pp̄rium ſanguinē libans deo p̄ri pro ſalute populi mei. Ego ſum uitis florens. Ego ſum uitis frondens, uitis fructificans, non egens adminiculo ulmi, nec ullius auxiliio ligni. Ego ſum uitis non cultra ab hoſe, ſed a deo p̄re, nō t̄m̄ exterius per culturam, ſed etiam interius in incrementum dādo. Chriſtus eſt uitis in quo eſt tot⁹ humor. i. omnis plenitudo ſpūs ſancti corporaliter. Palmiteſ ei⁹ ſunt apoſtoli & omnes qui ei fide adhærent. Hanc uitē, id eſt Chri humanam naturā, deus p̄ mandauit faciendo immunem a pct̄is, & dādo uirtutes, ſic facit & palmitibus, licet nō oīno ſicut & xp̄o, uñ ſeq̄, oēm palmitē in me nō ferentē fructum tollet eū, & oēm qui fert fructū purgabit eū, ut fructū plus afferat, oēs. n. qui xp̄o adhærent fide, ſunt palmites manētēſ i xp̄o ſalutifera uite. Sed alij faciunt fructum, alij in ſterilitate perſiſtunt. Alj florent

& germinant, & botrū pducunt dulce dinis. Alij se per latitudinem foliorū expandūt, pulcritudinē cupientes hīc tū uiriditatis, oēs qui in sterilitate p̄sistūt, & qui p̄ latitudinē sine fructu se foliorū expādūt, tpe putationis si deus p̄ illos sine fructu inuenit, abscidet a uitā, & in ignē mittet & ardent. Sed forsitan tuum aīum pulsar, quō qui fide xp̄o adhærent, abscidi ab ipso contingat, cum oīs qui adhæret Christo, unus spiritus sit cum illo, unde ut hoc tibi luce clari⁹ constet, te scire oportet q̄ fides distinguitur per diuersas proprietates. Dī fides mortua, fides ficta, fides peruersa, fides recta, oēs enim homines in eo q̄ christiani uocant, Ch̄o adhærent dñr. In eo q̄ christiani sunt, fidē Christi hīc creduntur. Sed quorundam mortua, quorundam ficta, quorundam peruersa, quorundam catholica. In prima superbi & luxuriosi, pecuniā cupidi, fures latrones & alijs h̄mōi. In secunda sunt nō obediētes patribus spiritalibus, ingrati de donis cœlestibus, qui sunt sine affectione fraterna, sine pace charitatis, fratrum criminatores, irā incontinētes, uoluptatum amatores magis q̄ dei, habentes sp̄m pietatis, uirtutē eius abnegantes. In tertia sunt hæretici, contra deum elati, de suis errorib. supbi, in deū blasphemī, per omnia alijs deteriores, & scelestiores, oēs isti conculcant dñm Iesum xp̄m, & sanguinē tā dulcissime uiris ducūt pollutū. In fide catholica sunt mites, patientes, mansueti, humiles uirgines, casti cōtinētes, dilectores dei & pximi, ad oē opus bonū parati, expectantes redemptionē filiorū dei. In horū numero nos dñs cōputare dignet. Valde. n. dilectissimi timere debemus. Hoc q̄ dñs Iesus dicit. Oēm palmitem in me non ferentē fructū tollet eū. Non confidamus ergo fr̄es carissimi tū in latitudine foliorū, in expansione ramorū, in uiriditate frondū, quia nisi in uinea dñi fecerimus fructū, excidemur & in ignē mittemur. An ignoratis amātissimi mei, q̄ esuriens dñs uidit secus uiam, siq̄ul-

neam magnam latā & spaciōsam, h̄mōi tem folia & frondes, q̄ in ea non inueniens fructum, maledixit ei & arefacta est. Sic est oīs hypocrita, quia sp̄m sanctitatis h̄t, & uirtutē sanctitatis nō habet. Qui palat sanctitatem in ueste, quā non h̄t in mente. Non alba cuculla & alta tonsura, non ampla corona, sed cōscientia pura & mentis munditia, abiectio propriæ uolūtatis, inflāmatiō charitatis in xp̄o, perfectum monachū facit. Adhæreamus fr̄es uere uiti Iesu nostro saluatori cū uero corde, in plenitudine fidei aspersi corda, & abluti ab oī inq̄namēto carnis & sp̄s, & teneamus sp̄i & fidei nr̄e cōfessionē indeclinabilē. Nec sit q̄ nos separare iam ualeat a charitate dñi Iesu. Et sic erim⁹ de uirib⁹ engadi, de quibus nō liquor uini, sed liquor balsami fuit, cōsiles botro cyprī, de quo sp̄osa in cātico amoris cōgaudens de resurrectione xp̄i, p̄rūpēs i uocē iocūditatis & lætitiæ dixit. Botr⁹ cyprī dilectus meus mihi i uineis engadi, q̄ sonat fons cœdi, fons cœdi dī p̄nā uel baptisimus, in quo dū aliq̄s intrat uelut cœdus, in cœtiā debet accipere ut agn⁹, engadū p̄t accipi monasterium r̄sare, ad q̄ dū aliq̄s cœd⁹ aduenerit, & ibi exuerit pellē cœdinā. Iam ex oī parte mūdāt⁹ nō cœdus, sed erit si pseuerauerit agnus, hūc talē deus p̄r purgabit ut fructū pl⁹ afferat, cor eius mundādo, & eius sp̄m ueritatis & charitatis rore infundēdo. Oēm palmitem uere uiti adhærentē & facientem fructum, deus pater purgabit siue putabit eum, ut fructum plus afferat. Ritum & consuetudinem uinicole deus tenet in colendo uineam suam, uinea dñi uniuersalis ecclesia, est Christi uxor & sponsa, de qua deus p̄r ad filiū, uxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, uitis. n. q̄ uineta diligit facientē fructū opportunū i tpe suo, cū tempus putationis aduenerit, in ea nihil siccitatis uel ariditatis relinqt. Tūc circa illam fodit usq̄ ad inferiorem eius radicem, terram acuto ligone perforat, & si radicales aliquas etiam emi-

serit, cūtello putationis abscindit, & quanto magis h̄mōi uana & minus utilia uitis amittit, frugiferior & uberior ad fructificandū affurgit: Sic quē deus diligit flagellat & percutit: flagellat. n. oēm filium quē recipit. Illoq̄ est. n. hic flagella percipere, q̄bus datur de æternitate gaudere. sed q̄ de percussione murmurat, ad ipsum q̄ supra ipsum est non appropinquat. Imō hereditatē supnæ felicitatis amittit: si flagellum dei patris patieret & cū amore nō suscipit. Et si de flagello dñi murmurauerit, certus. n. sit quia murmurantiū poenam icurret, uos ergo fratres dilectissimi nolite murmurare. Si uobis inesse cōtigerit disciplina dñi nostri, neq̄ fatigemini dū ab eo arguimini. Oīs. n. disciplina in p̄senti quidē uidet nō esse gaudij, sed mœroris, postea autē fructū paccatissimū exercitatis p̄ eam reddet iustitiæ. Flagellis dñi piguedo carnalis uoluptatis atteritur, & uirtutes aīę roborant, & laiciua caro restringit, & aīa penitus uirtutū ad cœlestia subleuat. Caro quod superflūū hēbat amittit, & sp̄s uirtutes quas non hēbat accipit, sic ergo p̄ flagella dñi uirtutes augent, uicia rescantur, spernunt terrena, amant cœlestia, nos æternitatis p̄mia p̄stolantes, si nobis aliqua grauis infirmitas, uel tēratio fortis, uel ēt damnum tēporaliū re: uir repserit, ex oibus his uires sumere debemus, quia crescente pugna, gloriosiorē non ambigemus nobis manere uictoriā, in hoc nanq̄ oñdimus quanta ad deū cupiditate flagramus, si non solū ad eum per tranquilla & mollia, sed ēt per aspera & dura transimus. Ad æterna gaudia iam redire nō possumus, nisi per t̄palia detrimenta, & iō spe manentis lætitiæ, oīa aduersa p̄speritatem nō modicā debemus reputare. Peccata q̄pe nostra diuina seueritas nequa q̄ inulta remanere permittit, sed ira sui iudicij inchoat a nostra hic correctione, ut in reproborū dānatione conuiescat, interius. n. est medicus, & peccatorū in nobis contagia q̄ inesse me dullitus reprobat fecat,

abscidit uirus putredinis ferro tribulationis, & hoc est quod ueritas ait, oēm palmitem in me facientē fructum, deus pater purgabit eum, ut fructū plus afferat, nam dū mēs posita in tentatione, considerat q̄ a uirtutis suæ pristina soliditate repellit, tunc sollicita trepidat, ne hoc quod dudū esse coeperat funditus amittat. Tunc quat̄ resistere tētationi possit ingrit, & quat̄ eam debellare iā ualeat, elaborat. Tunc arripit gladium oratiōis, sicut cōpunctionis, & sic eā debilitat, & de ea gloriosē triūphat nō ipsa, sed gratia xp̄i per ipsam, & ita fit ut mēs quæ pigra & uelut infocūda in p̄speritate iacebat, fortior & uberior ad fructificandū affurgat. Ut ergo dilectissimi deū patre nostri mereamur hīc cultorem. adhæreamus uere uiti dñi Iesu xp̄o saluatori nostro, nō fide mortua nec fide ficta, nec fide peruersa. Sed fide recta q̄ per dilectionē operat̄, sine qua nullus saluari p̄t. Adhæreamus ei quia bonū est ei adhære, & in illo ponam⁹ totam spem nostrā, totum desiderium nr̄m, confidētes in illū qui suscitauit eū a mortuis, quia & suscitabit mortalia corpora nostra, & cōsedere nos faciet cū illo in dextera sua. Quod ipse nobis p̄ eundem filium suum, dñm nr̄m p̄cēstare dignet, qui uiuit & regnat cū eodē patre in unitate sp̄s sancti deus, p̄ oīa secula seculorum. Amen.

Sermo x i.

Vm a discipulo ueritatis scriptum nō ambigim⁹ esse, q̄ parce seminat parce & metet: dū in agro dñico tanq̄ agricolē sumus cōstituti, pro uiribus seminare debemus, ut cū messionis t̄ps aduenerit, centuplū accipiamus in fructuum perceptione, quā nō expeditus in semine. Nā quod hic dicit ex charitate pprie dicit seminare, quia q̄ semen ad hoc spargit ut col ligat, ad huc caret ad t̄ps modicū, ut in tpe messis gaudeat in aceruo. Itaque licet paup̄ & inops, ex meo modico semine cupienti dabo ex charitate, ut a dño meo Iesu xp̄o merear recipere mul-



riplicationē beatitudinis aeternae. Non parce seminat qui parē hīs parē largitur, sed animus prōptus sit, si plus hēret, large dat, qui affectū largiendi habet, et si nihil habet quod largiri possit, nos ergo illam pecuniam quā erogandā a dño accepimus, ad usuram erogare sumus parati cupiētibus eā. Sed rogo ne aliquis uestrum timeat de retributione usurę, quia hęc usura nō euacuat diuites, sed bonis ditat & replet egenum & pauperem. Veniat ergo ad hanc pecuniam sitiens, ad euangeliū beati Ioānis, & hauriat cum gaudio de fontib⁹ saluatoris qui dixit discipulis suis, uos iam mundi estis pp sermonē quē locutus sum uobis, & ē sensus, uos estis mūdi, sed itē estis mundandi, ut fructum plus afferatis. Mūdi estis nō pp baptis mū, sed pp sermonē quem locutus sum uobis. O q̄ bonus sermo qui lauat mētium sordes, interioris & exterioris hominis purificat actiones, uulnera sanat, cicatrices solidat, q̄ suscitāt de terra inopem, & de stercore erigit pauperem, ut collocaet eū cum principib⁹ coeli, cū possessoribus paradisi, o q̄ p̄iosus sermo, imō q̄ p̄iosus thesaurus, qui suū possessorem didicit ditare, ut de cōsortibus iumentoꝝ, consortem faciat angeloꝝ. Felix sermo & oī acceptione dignus. Quis est iste tantę beatitudinis sermo? Audi si illum obseruare desideras, sed pręcipio ut illū ad usurā erogare nō differas. Est ualde nobilis possessio, quę erogata suscipit incrementum, & auarę dedignatur possessorem, nisi eroget cito minuit, largitate gaudet, tenacitatem fugit, oīno non uult abscondi sub modio, sed sup candelabrum poni, ut oībus eius pulchritudo appareat. Splēdor eius tanq̄ lapides ignis atque flammę, quas aquę multę non p̄nt extinguere. Si dederit hō totā substantiā domus suę pro hac possessione, q̄ si nihil despiciet eam. Hęc inq̄ est charitas, q̄ in quocunq̄ abundauerit amor aeternoꝝ, mox labentium rerę possessio cuncta uilescit, & sola charitas. s. xp̄i ca

ra dulcescit qui dicit. Mādatum nouū do uobis, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos, hic est sermo ille de quo dixit dñs. Vos mundi estis pp sermonē quē locutus sum uobis. i. pp charitatē q̄ cōmendauit uobis, & q̄ mundi estis, manete in me & ego in uobis, manete inq̄ dñs Iesus discipulis suis in me. & ego manebo in uobis. Iesus inq̄ dulcis, Iesus delectabilis, oī uirtute p̄ditus, oī speciositate redimitus. Dulcis sup mel & fauam, speciosus forma sup filios hoīum, cui⁹ dulcedine angeli inebriantur, cuius pulchritudinem sol & luna mirant. Iste talis actantus dixit discipulis suis, & p̄ eos cunctis fidelibus suis. Manete in me & ego manebo in uobis, o q̄ magna sublimitas, o magnę sublimitatis auctoritas, hoīem habitare cū angelis, terram & puluerem eleuari in cœlis, hoīem tolli de stercore iumentoꝝ, & congregari cętib⁹ angelorum. Imō creaturam manere in creatore, facturam in factore, redemptum in redēptore. Seruum in domino, peccatorem in iusto, factum ex limo in eo qui oīa facit ex nihilo, transitōriū in aeterno, miserę in summe btō imō in eo q̄ oīo btā, & cūcta sanctificat sc̄tā: qui est ueritas & uita & gloria sempiterna, gaudium mundi, iocunditas cœli, dulce do paradisi, & beata aeternitas, & aeterna fœlicitas, xp̄s. s. Dominus Iesus, o mira & inextimabilis bonitas, o inaudita & inestimabilis pietas, q̄s unq̄ fratres mei, q̄s dilectissimi mei, amātissimi mei, cōserui mei, serui dñi Iesu xp̄i, & pp ipsum dñi mei, poterit explicare sermone, aut stilo exarare & grassio, quanta pietate auctor pietatis redundet, quanta largitate bonitatis ipse auctor exuberet. Mihi credite fratres, si oēs hoīes niterent & angeli, fontis tantę pietatis non possent haurire uobis etiam unam minimā guttam, habito respectu ad ipsam abundantiam pietatis. Hęc est inq̄ maxime imensitas pietatis, ingens eminentia bonitatis, q̄ creator omnium deus seipsum exinanīuit, formā serui suscepit, in similitudine ho-

minum factus, & habitu inuētus ut homo, manens deus in hoīe, ut hō maneret in deo, uita mortē assumens, ut sibi mors assumeret uitam. Utinam huius abundantia pietatis, sic fragraret quod uidet in naribus nostris, ut in ueritate dicere possemus cū sponsa in cāticis. Fasciculum mirrę dilecti semp supra meū pectus portabo, o dulcis sarcina, o fœlix medicina. Hęc sarcina frēs mei, crux ipsa beata. s. passio xp̄i, baiulum suū nō grauat, sed leuat, nō deprimit sed extollit, nō quassat, sed erigit, & portat portantem, ubi xp̄s est in gloria p̄ris. Hoc est in quā dulcissima medicina, q̄ morbum oēm expellit, uires atque uirtutes non hūti acquirat, que non solum sanat egrotos, sed et uiuificat mortuos. Mihi meus auditor credat. Imō mihi credat crucis amator, iam nō ledetur a morte sc̄da, si in hac uita usus fuerit tali medicina. Hoc est illud lignū p̄pheticū, quod est iter iūcturas aedificioꝝ, q̄ ipsa crux gloriosa terrā conglutināt celo, hoīem cōsociat angelo, & peccatōrē sic reconciliat deo, ut ipse deus manere dignet in eo, & ipse manere mereat in deo suo: o summi tripudiū, o tripudiās gaudiū, iocunda letitia, & iocūditas letia, hominem manere in deo, & deū in homine, in redēpto redēptorem, & in redēptore redēptum. Ad hanc sumę iocunditatis letitiam, p̄petuitatis letitiam gl̄iā, ipse glorie auctor, beatitudinis dator, salus aeterna, uita btā, fœlix aeternitas, secura tranquillitas, totus dulcis, tot⁹ desiderabilis, inuitat ap̄ os suos, instigat monachos suos, cunctū pp̄m xp̄ianū, omne collegiū sanctum, eis blandiens atq̄ demulcēs, consolās & cōfortans, hortans & dicēs, manere in me & ego in uobis, & est sensus. Vos qui mundi estis, q̄ loti estis, q̄ sanctificati estis p̄ carnalem lapidē, p̄ baptismi sacramentū p̄ uirtutum tricliniū, per dilectionis precōniū in me estis. Sed rogo ut in me manere debeatis, si in me māseritis, & ego manebo in uobis. Si in me māseritis in isto breui tpe: manebo uobiscū in aeter

nitare. Qui manet in me p̄ exhibitionē dilectionis, & ego manebo in eo p̄ prēmium aeternę fœlicitatis. Ego diligēs me diligo, & q̄ me dilexerint in hac uita, me inuenient post hęc uitam, & ubi sum ego, & illi sint mecū, & qui me nō dilexerint, p̄culdubio nō inueniet me ad prēmii, sed inueniet me ad supplicium. Vos autē discipuli mei, amici mei, in mea dilectione manete. nō uos terreat meę humanitatis passio, crucis suspēssio, tormenta carnificū, crucis supplicium, nec meę depositio carnis, nec mausoleum meę mortalitatis. In uobis si des inuicta p̄maneat, spes ipsa nō langueat, de me igne in uobis charitas flāmeat. Manete in me p̄ fidem spem & charitatē, & ego manebo in uobis p̄ fructū fidei spei & charitatis. Et si in me non māseritis, nec ego manebo in uobis. Audistis carissimi qd ipsa ueritas dicit q̄ mentiri nō pōt, quę nunq̄ fallit, nec fallere nouit. Ait. n. Siquis in me non manerit mitte foras, & tormentoꝝ ministri eū mittēt in ignem & ardet. Vnde rogo dilectissimi frēs, ut unusquisq̄ uestrum intret in cubiculum suū, scopet consciām suā, se querat in angulis cordis, circūeat laterbras mentis, si se in xp̄o manere inuenit gaudeat, si eum a xp̄o abesse cōtingerit, gemat & doleat, ploret & plāgat, timeat & perhorrescat, ne sequestret a consortio sanctorū, & mittat semp arsurus in ignem aeternū. Manete in me, heu dilectissimi fratres, quātū miserī, quātū infœlices, qui ad Iesum uenit, sed læti feri ueneno serpētis percussī, diabolica fraude decepti, cęcitate mētis obducti malitia deprauati, abnegant contubernium xp̄i, amicitia redēptoris abdicāt pp amorem mundi, & ceruices q̄s deo humiliare solebant, ipso mūdi creatore iam spreto, diabolo nō titubāt inclinare. Heu quātū post gl̄iosos agones de ipso principe mundi legitime triūphatos, fugienti terga dederūt, & uictores iam uicto se spēte curuarūt. Quanti ad monasterium ueniūt, ut in eo monastice uiuant, humilitatis p̄tendentes indi-

cia, oīa in pace illata sustinētes cōuitia, tanq̄ boni milites xp̄i ad oēs opus bonum parati, q̄ post gaudia uitę contemplatia, post praelibationē iocūditatis melliflug, suę professionis oblitū, uelut suos ab ipso pposito ad uolubatrū redēūt lutū, & ea q̄ dudum uomuerāt, tāquam canes in uentrē trañciunt. Isti tales recedūt a xp̄o, quia recesserunt a pposito sancto, si pactū quod cū xp̄o pepigerant obseruaret, uenena iam uomita subsanaret, & ideo cum xp̄o nō merent manere, q̄ pactum dñi non timuerunt infirmare, sed utinā scirent & inteligerēt, q̄ te sit amaritudinis fontē relinquere uitę, authore iocūditatis melliflue. Dñm mundi, decus paradisi, gaudium æternū dñm Iesum xp̄m, qui nos a morte roseo saluauit sanguine suo, si cito sensisses quātum parabas peccare, non tegeter uult cortice myrrha tuos. O q̄ misera cōmutatio, o q̄ caeca cupiditas, q̄ uirginē facit tabesam puellam p̄stibulam, & mulierē uertit in arborē. Regulam in Apostasia, disciplinam sanctā in lasciuia prauā, claustrū regulare in cāpō licentię castitatē in ipetiginē, monachum in theatricū, directū in prauum, planū in asperū, filium dei in filiū diaboli. Hęc fratres mei non est mutatio dextrę excelsi. O q̄ amara mutatio, o q̄ dura translatio, a xp̄o recedere & diabolo adhærere, spernerē redēptorē & diligere p̄emptorē, relinquere uestigia xp̄i, & ire p̄ se qua meādra diaboli, relinquere uia que ducit ad uitā, & ire per uia que ducit ad mortē. Quicumq̄ ille est q̄ sic cōmutat est, ad uerba mea inclinēt aīum, & nō dedignēt audire cōsilium bonum. Peccasti, quiesce ne adicias ultra. Sic dicit sanctus israel. Si reuertimini & quiescatis salui eritis, quia expectat uos dñs ut misereat uestri, reuertere ergo ad dñm deū tuum, & placabilis erit sup malitiam tuā. Reuertere ad dñm uia qua uenit ad ipsum, uia cordis, uia oris, uia operis, uia timoris, uia doloris, et uia amoris, uia cordis cōtriti, uia contentis labij, ex uia operis

recti uia timoris ne protraharis ad supplicium, uia doloris, q̄ sic offendisti in xp̄m, uia amoris ut ipsum iam xp̄m p̄fecte diligas, q̄ tam diu ad p̄nam te patietē expectat. Gemo, dole, plāge, plora. Non parcas tibi, ut tibi dñs parcat. Noli indulgere tibi, ut tibi dñs indulgere dignetur. Succinge lumbos tuos, rade capillos tuos, induere sacco, puluere humo et dic xp̄o dño tuo deo tuo. O Iesu bone miserere mei. Esto mihi Iesus, esto mihi saluator meus, miserere mei, q̄ pro me p̄m cruore sudisti, non intres in iudiciū cū seruo tuo, q̄ nullus iustificabit homo, nisi p̄ reipsum ei peccatorū suorū tribuatur remissio. Nō me tua iudiciaria sūa præmat, quę tua multa pietas leuat. Qui resuscitasti Lazaro iam foētē, resuscita & me pctōrem iā contentē. Qui pepcisti peccatrici Marię, parce peccatrici aię meę. Qui laetificasti aiām eruci latronis, laetifica aiām mei pctōris, si sic feceris, adhuc cū xp̄o manebis, q̄ dicit: Manete in me & ego in uobis, ipse. n. charitas est, & q̄ manet in charitate in deo manet & ipse in eo. Notandū uero est, q̄ aliud est manere in illo, & aliud est manere cū illo, aliud est manere iuxta eū, aliud manere lōge ab eo: Primū partim est in uia & primū in patria: Secundum totū est in patriā: Tertium totū est in hoc seculo. Et quartum totum in inferno. Videamus ergo quid sit manere in eo, ut in eo manere delectet, ut non lōge post futurū mereamur cū illo manere: In illo manere est ex amore illi soli adhærere, ipsum ex toto corde diligere, illius p̄cepta in oib⁹ & per oīa obseruare, eius amorī nihil p̄ponere, & p̄ illius amore cūcta nec nata ē reputare: Ille non dubitet manere in xp̄o, cui præter ipsum cūcta uilescūt, & ei ipse solus dulcescit. O quanta fœlicitate dotatur, quāta beatitudine fœcundat, cui præter xp̄m oīa uilescunt, et ipse xp̄s solus mellefcit. Ipse xp̄s solus sic in cordibus nr̄is fauescat, & cūcta transitoria nobis fellefcant, ut nil p̄ter illum, nobis iam libeat: nec libere iam ualeat

ualeat, ut ergo fr̄es mei in xp̄o & cum Christo mereamur manere, ipse xp̄s lux uera bonitas & uita, gaudiū mūdi, pietas imensa, sit totum desiderij nr̄m, & oīs spes nr̄a. Certi sumus q̄ adhuc cū xp̄o manebimus, & ubi nūc est & nos cū illo erimus. Sed q̄ dicit se in xp̄o manere, debet ambulare sicut ille ambulauit: Iam nō manet in illo, qui exorbitat ab itinere suo, nemo se decipiat, nemo se seducat, nemo in religiosa ueste cōfidat, non. n. uestis religiosa, sed mentiū mūditiā monachū facit, nō capitis ab rasso, sed xp̄i dilectio p̄batū monachū reddit. Aut dñs Iesus. Sigs uult uenire post me, abneget semetip̄m, q̄ nisi quis a semetipso deficiat, ad xp̄m regē sublimē non appropinquat. Fœlix pp xp̄m abdicatio sui, quā q̄ perfecte nō hēt se xp̄o ad purę placere nō existimet. Frustra. n. xp̄o placere se credit, q̄ se ipsum pp ipsum xp̄m non abijcit. Et p̄fecte se nouerit illi placere, q̄ perfecte iam pp ipsum se didicerit abdicarē. Ut ergo xp̄o placere possimus, necessaria nobis est abdicatio nostrī, quantū nostra ualitudō p̄mittit, & nō quantū exolitas nr̄a, lancea pctōrū p̄fossa, in uos q̄ncq̄ man⁹ inijcere p̄stierit, maxime dūtaxat in alimētis sumēdis, ubi cōseruādus ē uigor naturę, & nō sequēdus est appetitus illecebrose gulę. Cōtra uitia q̄ de lūbis carnis pugnancia p̄cedunt, palmatue belligerare nequimus, nisi prius appetitū gulę restringamus fortiter confusione abstinentię. Post confusione gulę appetitus, maxima cautela nobis est adhibenda, ne nos humanę laudis muscipula capiat, & uenēnū laudis morbose, in archam nostrī cordis cauterium despu mans famam faciat, factumq̄ derelinquat. Quidq̄ de nobis laudis aura crebuerit. Quidq̄ ad ualentiū fauor demulserit, uirtutum speratrix humilitas, archā mētis nr̄e nō deserat, ne toruosus serpens, q̄ q̄ncq̄ latitat in herbis uirētib⁹, in humanis. s. fauoribus, iuxta illud poeticum. Fugite iā pueri, latet hic anguis in herba, ut suis dētibus uenenosis nos

capiat, captos perimat & occidat. Igitur humilitatē magnā teneamus in oibus, ut in humilitatis authore manere possimus, & q̄ rotius cū ipso esse, & cū ipso regnare ualeam⁹. Oīs. n. q̄ in illa manet ex dilectione, nō dubitet nō hēstet: cū illo manebit ex dilectionis retributiōe. Vidimus qd sit manere in illo. Nunc qd sit manere cū illo necesse est uideamus. Manere cū illo est esse ubi ille est, cum illo in gl̄a fœlici gaudere, in throno p̄renitatis regnare, illū faciē ad faciē cōtemplari, sicut faciūt āgeli sancti, & post resurrectionē corpore eum uisuri sunt oēs electi, iuxta illud apli. Cū. n. appuerit xp̄s uita nr̄a, tunc & uos appebitis cum illo in gl̄a. Manere iuxta eū & nō in illo nec cū illo, est nō esse in uia fidei spei & charitatis: sed in uia erroris, non esse in uia p̄cepti, sed in uia pcti. Iste in q̄ si non est in xp̄o uel cū xp̄o, tum iuxta eū est, q̄ cito p̄t errorē deserere, & in xp̄o p̄ fidē spem & charitatem cōtinuo feruere, libere arbitriū habet. Illud ad diligēdum deū dirigere p̄t. Pulsat dñs hostiū eius, illi apiat, & intrabit dñs ad eū, in eo manebit, & ipse in eo. Manere longe ab eo, est p̄ suam dānationis ab eo recessisse, quīs & alio mō utriq̄ possit intelligi. Nos ergo in illo maneamus, ut fructū bonis opis semp facere mereamur: Aliter. n. nisi in illo māserimus, fructum facere nequimus. Ipsa ueritas dicit & mutari nō p̄t. Sicut palmes nō p̄t ferre fructū nisi māserit in uite, sic nec uos nisi i me māseritis. Et sigs in me nō māserit, mittet foras sicut palmes & arefcet, & colligēt eū, & in ignē mittēt & ardet. Valde. n. timēdū ē illū qd se q̄, sigs i me nō māserit &c. Si q̄ nō māserit in dño Iesu xp̄o, expellet de cōsortio sanctorū, & arefcet p̄ timore & expectatione dānationis p̄petue, & ministri tartarei apphēdēt illū, & i ignē mittēt p̄petuū sine fine arsurū. Ab hac dānatione p̄petua, gl̄a p̄petua author nos liberet Iesus xp̄s dñs noster, q̄ cum p̄re & ip̄sancto uiuit & regnat deus bñdictus in secula seculorū. Am.

Mnis qui uiam ueritatis gessit arripere, constat esse paruum ut ad precepta ueritatis manus cordis extendat, & in eis fideliter uiuat, ut ipsa manus sit plena iacinctis, & ueter eius eburneus distinctus saphiris, & uerbum uerbi preceptum christi, in pixide mentis per amorem contineat, & foris ipse flos uerbi, per augmentum boni operis redoleat. Profecto quem sic esse constat, a deo quicquid sibi profuturum petierit, necessario impetrabit. Ipsa ista ueritatis, omnis forma sanctitatis sanxit in perpetuum, nec ualebit abrogari, nec de libro iam mutari ueritatis sanctio, ait. n. Iesus meus. Imo ait deus meus, ueritatis firmitas, falsitatis uulsius, peccatorum ultio, uia uitae, uita uitae, totus dulcis, totus bonus, totus uerax, totus uerus, ait. n. Si in me manseritis & uerba mea in uobis manserint, quodcumque uoueritis petetis & fiet uobis. Magna sunt dona quae ueritas ipsa promittit, quae nullos fallere nouit. Quodcumque uoueritis inquit dominus Iesus, petetis & fiet uobis. Ita dicitur taxat si in me manseritis, & uerba mea in uobis manserint. Ac si dicat, si in me manseritis per dilectionem, & uerba mea in uobis manserint per operis executionem, quodcumque uoueritis anima pertinens ad perfectum petite non haesitantes, & impetrabitis accipietes. Illa duo prima necessario sibi famulantur adiuuantes, nec unum alterius absentia patitur, & quibus eorum paritas fuerit per entimema cognoscitur. Si aliquis manet in christo, necessario sequitur ut christi precepta manere debeant in eodem. Et quilibet istorum hoc unum concludit. Petat a christo quodcumque uouerit, & habet. Necessaria uidebit talis illatio. Iste manet in christo, ergo quicquid ab eo ad tale perfectum petierit impetrabit. Sicut & haec alia, uerba christi manent in isto: ergo &c. Veruntamen dicere possumus, si per uim copulariue coniunctionis dialecticus latrator obstitat, quod non dum ponitur inter paria, nec iter partem & totum, sed inter totum & partem, & iter opposita & contraria: & inter excedentia & excessa. Dicimus itaque quod quidam manent in christo: & uer-

ba eius manent in eisdem, alii manent in deo, sed uerba dei non manent in eis, ille qui manent in christo et uerba christi in eo, doctor est ecclesiasticus, qui per eruditionem doctrinae, auditoribus suis habet. unum proferat noua & uetera, fructus. scilicet auctoritatem ueteris et noui testamenti, bona quae discipulis predicat, pie & deuote uiuendo in suis factis ostendat. Alius, non per doctrinam uerbum dei non habet, & tamen in christo manet per bonam uitam. Iste profecto & si mandatum christi non habet in libro, habet tamen in corde charitate dilatato. Iste tales, quibus foelices, quibus beati. Hic quidem talis est regnum caelorum. Alius qui uerbum dei habet, & illud ope non exercet, monachus est religionis sophisticae, sub preceptu sanctitatis palliat, qui ei quod ex regula benedicti didicit, per se uiuendo contradicit. Iste talis non manet in christo, nec christi uerba manent in eo, quia nec christum amat, nec eius precepta obseruat, quibus & christum amat, & eius precepta seruare se fingat. Sed qualis iste miser fuerit, dies domini declarabit, ubi non esse poterit simulatio religionis, nec fictio sanctitatis, nec sermo sophisticus, nec silogismus uersutus. Omnia nuda erunt & aperta, Iesu iudicium uere iudicanti districtum, non de facto tamen peruerso, sed etiam de uerbo otioso, non tamen de incensu pedum, nec de labore manuum, sed et de actu oculorum: Penset ergo quod talis est, ad quod monachus effectus est. Lauit pedes suos, quomodo reinquinare presumit? Expoliavit se tunica, quomodo se reinduit illa? Si mutauit habitum, cur non mutauit & animam? Si foris albefcit, cur intus nigrescit? Si illum foris uestis alba decorat, cur illum intus cauterium conscientiae deturpat? Si studere silentio debet, cur loquacitate gaudet? Qui contemptum promissit mundi, cur illi ulterius placere contendit? Christo placere contendant, continere mundum non differat, quod promissit attendat, Iesus super omnia diligat, nihil eius amori proponat, illius timorem ubicumque fuerit, se derit uel ierit, loquens uel tacens, esuriens uel sitiens, bibens uel comedens, infirmus uel sanus, ante oculos habeat

in quo est fiducia fortitudinis, spes eternae beatitudinis, fiducia uenae, certitudo gratiae, peccatorum remissio, gratiae largitio, ac latitiae acquisitio, summi & ueri dei profectio, beatus uir ait propheta quod timet dominum, in mandatis eius cupit nimis, potens in terra erit semine eius, & ipse a domino benedicet. Illa beatitudo perpetua sempiternae dulcedinis multitudo, & aeterna & iocunda uisio dei, est illud donum quod petunt a christo illi qui manent in christo. Si manes in christo, si corde puro & conscientia pura fundaris in christi charitate, nil tibi nisi christus satisfacere poterit, nec aliud nisi ipsum petere iam ualebis. Quodcumque inquit dominus Iesus. Salus qui nunquam finit, uita qui nunquam moritur, iocunditas summa, paradisi gratia, omni melle dulcior, quolibet & nequitate suauior, gemis & auro pretiosior, inquit inquit dilectoribus suis. Quodcumque uoueritis petite & fiet uobis. Magna est istud quod dicit. Quodcumque uouerit & si. uo. Sed notandum est quod uniuersale quodcumque non continet omnia, sed illum tamen qui continet uniuersa. Qui sic habet eum ut uerum semper sit esse, ante omnia tempora de deo in fine temporis, natus ex uirgine hominis, salus aeterna creditur omni omnes spes et refugium timendum eum. Hoc est illud solum quod petunt electi, quibus nil satisfacere potest praeter deum qui omnia continet. Qui gemunt & lugent quod Iesum beatitudinis auctoritatem non uident, qui non quod delectet alpicunt. Quibus tristitia sunt omnia quae occurrunt, qui dominum Iesum querunt & non inueniunt & uocant & non rident, ad lacrymas doloris amicas se conuertunt, & quem gressu pedum, sequi non possunt, lacrymis & gemitibus persequuntur, foelix talium uita, huius tallium cursus, cuius meta tale & tamen uexillum habere mereat. Hoc non datur pigris, negligentes non capiunt, claudis negat. Solum currenti per latitudinem charitatis debet. Unusquisque nunc considerare non cesset, quod in stadio mandatorum dei currat, quod in agone christiano contra leonem rugientem contendat. Neminem uestrum credo latere, non aliquid posse saluari, nisi qui domino Iesu fidelis perseverauerit usque ad egressum

de habitaculo corporis, nec ad brauium aeternae dulcedinis peruenire, quod antequam ad metas ueniat, in cursu deficiat. Stadium nunc est obseruatio mandatorum dei. Finis stadium nunc est charitas, iuxta illud apostoli. Finis legis est charitas. Charitas stadium nunc est ipsa charitas, non quod diligimus deum, sed qua possidemus deum, non ea qua diligit deus, sed ea quae est ipse deus. In stadio mandatorum dei, alius bene currere incipit, & antequam ad metas ueniat deficit. Alius pigre incipit, & postea ad metas uelociter currit. Alius & uelociter incipit, & uelociter proficit. Alius pigre incipit, & in pigritia sua semper persistit. Duo sunt istorum brauii debet. scilicet pigre incipienti, & postea uelociter peruenienti. Altero & agiler incipienti, & uelociter peruenienti. Multi enim ad monasterium ueniunt ut ibi gloriater uiuant, quod male incipiunt & male consumant, semper uagi & nunquam stabiles, semper cum non habent quod uolunt murmurari & detractores cellularium a tergo benedicentes eos cum quibus uiuunt. Fratres suos iniurijs afficientes, moribus in disciplina, gestu & actu inordinati, habitu elati, motibus inepti, bonis praestitis semper ingrati. Iste brauium aeternae beatitudinis non merebunt habere, quia in stadium mandatorum dei, gressum rectum figere noluerunt. Iste enim forma sanctitatis ad perfectum non erit, quos morum prauitas per inobedientiam uenenata confundit. In istis talibus uerba christi non manent, quia precepta christi quae sciunt uel audiunt, uentorum uanitati dedicantur. Iussa domini continent, cenacula uestris amantes. Ipsum esse uerum deum. scilicet aeternum deum omnipotentem, calcibus nequitiae & malitiae percutientes, odientes proximum, abnegantes dominum Iesum christum, non obseruantes quod coram omnibus sanctis in die consecrationis suorum promiserunt. Nouerit quod talis est, se esse danandum a deo quem irridet. Alius ad monasterium uenit ut peccata quae commisit in seculo, punire debeat in monasterio. Sed postquam ingressus fuerit, non solum quod commisit dolendo non diluit. Sed insuper alia forsitan grauiora committit. Sed postea magno dolore compungit.

tur, magno pudore p̄sternit, & p̄c̄tā q̄ fecit, bene uiuēdo nō diluit, sed in super enormiora p̄sumpsit. Tūc ad memoriā reuocat, quāta in p̄c̄tōribus sit seueritas iudicis, quāta in ipsīs d̄natis sit ipsa p̄cena d̄nacionis. Insuper & considerat quāta sit misericordia redēptoris circa p̄cēntēs, benignitas circa recte uiuentes. Tunc oē malū quod fecit enūerat, tunc tristitia quāq; ante oculos mētis acceruat. Dolorib; agitāt, tātis supplicis angustiat, quātis arctari in ipsīs infernalibus p̄cēnis p̄mescit, quātis cruciari i aīo ignis & sulfuris phorrescit. Tūc nihil quod delectat aspicit, tunc triste est quod occurrit, tūc lacrymis & doloribus punit, qđ cum delectationib; p̄petrauit. Tunc qualr d̄nō x̄pō placere possit contēdit, & ieiunijs & orationibus uacās, soli deo placere desiderat, q̄ talis est petat a d̄nō q̄cqd uoluerit, nō dubitet impetrabit: Nos ergo fr̄es charissimi mei, quos x̄p̄s pp̄rio cruore redemit, ip̄m sui sanguinis largitorē, humani ḡnis saluatorē, sine mō, ultra modū, de oī corde de oī mēte, totis uiribus, totis medullis cordis, diligamus, timeamus & amemus, & eius discipula tui habeamus, ualde est. n. dulce & delectabile, letabundum & iocundū, fieri discipulum x̄p̄i. In hoc. n. d̄n̄s Iesus ait discipulis suis, clarificat⁹ est p̄r meus ut fructum plurimū afferatis, & efficiamini mei discipuli: Nos igit̄ qui x̄p̄iani sum⁹ & christiani uocamur, in ecclesia Christi tanq; in agro sum⁹ cōstituti. Alij fructum afferūt, ali; in sterilitate persistūt, ali; tennes & pauculos fructus faciunt, semp̄ pigri, semp̄ negligentes, pigri ad orōnem, tardī ad lectiōnem, ad uigilias longo somno depressi, ad laborē nimis teneri & delicati, in his nō ualde clarificatur p̄r d̄n̄i nostri Iesu x̄p̄i, q̄a nec plurimum afferunt fructum, nec discipuli x̄p̄i esse probant, ali; dulces fructus p̄ducunt in fertilitatis abundantia. Dulces inq; deo & dulces hoībus, hi clarificant deum, & deus clarificabit eos in die retributionis: op̄e; in die collectio-

nis fructū nouar; qñ uenient in exaltatione portātes manipulos suos. Hi sunt mites & humiles, deuoti & obediētes. Ad uigilias uigiles, ad oē opus bonum seruētes, in oratione sublimes, in lectiōne sacra subtiles, in meditationibus suspirantes, in contemplationibus gemētes & flentes, seminantes in lacrymis, sed gaudeant & exultent, quia in gaudijs metent aeternis. Alij sunt qui non faciunt fructum, sed frondes tantū producunt & folia, hi sunt qui spem sanctitatis habēt: sed fructum sanctitatis nō habent. Ad eorū radicem securis posita est. Ut quid terram occupant? Excidentur & in ignem mittant̄. In fructuosis arborib; dura & amara snia datur. Omnis arbor inquit d̄n̄s Iesus quē non facit fructum bonū, excidetur & ignē mittetur. Timeant ergo arbores infructuosę, hypocritę dealbata sepulcra, tūba sculpta & bene polita. Extirpēt qđ latet intrinsecus, conspireant & sanētur. Mutent fortitudinem suam, mutēt conscientiam suam: conscie sanent cauterium, & in uia mandatorū dei dirigant gressum, & faciant fructum, ut per illos pater clarificetur in filio, & Christus in patre suo, & ipsi clarificentur in patre, & filio, & in Spiritu sancto, foelix ille, beatus ille, per quem Deus pater clarificatur, per quem Christus laudatur, & Spiritu sanctus glorificatur. O nimis foelix, cuius uita & mores laudes intonant creatori. O uirum beatū, cuius anima suo famulatur creatori, o beata anima quæ suo pro uiribus placere saragit redemptori. Benedicta sit anima illa, cui est tota dilectio Christi, cui nil satisfacere potest præter ipsum, qui pro eius amore occisus est, quæ nil præter Christum diligere nouit: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & dedit semetipsum redemptionem pro nobis, ut nos per sanguinem suum adoptaret in filios Dei. Per omnia sit benedictus Christus, qui sic dilexit genus humanū, sicut Deus pater dilexit eum, ipse

enim dicit. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, o chara charitas, o æterna ueritas, o dulcis æternitas, o beata fidelitas, o decus angelorū, o splendor sanctorū, Iesu bonæ, Iesu sanctæ, uita immaculata, uita æterna, salus incorrupta, perpetua gl̄ia, totus dulcis, tot⁹ amabilis, quō nos amasti, quō nos dilexisti, quē ipsum in mortem dedisti? Amor tuus nesciuit h̄re modum, & mensuram. tua x̄p̄o charitas tenere nō potuit. Sicut dilexit me p̄rings, & ego dilexi uos. Utinam & ego essem, quem diligeret d̄n̄s meus, utinam audissem ex ore d̄n̄i mei. Sicut dilexit me pater & ego dilexi te, quid mihi iam deesse possēt, si me diligeret Iesus meus? Meus inq; & utinam meus. O foelices diuitiæ. O opes beatæ, possidere Iesum, possidere d̄n̄m Ch̄m. Illum mi lector posside per amorem, & sic illum possidebis æternaliter, per amoris retributionem. Ipsa ueritas ait. Ego diligentem me diligo, & qui dilexerit me diliget a p̄re meo, & ego diliget eū, & manifestabo ei meipsum. Quantum fuerit amor quem circa nos x̄p̄s moriēdo exhibuit, enarrare nō sufficit aliquis uiuens, lacrymæ dicant, quia uoces explicare desistūt. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Videamus quō eū de⁹ p̄r dilexerit, & quō nos dilexerit ip̄e, ait enim ap̄l's. x̄p̄s factus est pro nobis obediens usq; ad mortē, mortē aut̄ crucis, pp̄ qđ & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen qđ est sup̄ oē nomen: ut in noīe Iesu, oē genu flectat, coelestium terrestrium & infernorū. Et p̄pheta loquens de eo ad p̄rem ait, oīa subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insup̄ & pecora cāpi, uolucres cœli & pisces maris, qui pambulant semitas maris. Ecce quō dilexit deus p̄r filium, & ipse non iudicat quentē sed iudiciū oē dedit filio suo, & dedit illi nomē qđ est super oē nomē, ut in noīe eius qđ d̄r Iesu, oē genu flectatur, coelestium terrestrium & infernorū. i. oīs creatura coelestis, ut sunt angeli, archāgeli, throni, dominationes, principatus & p̄tates, uirtu-

tes, cherubin, & seraphin, & oīs coelitus ordo, & oīs creatura terrestris, & non solum hoīes, sed & bruta aīalia audito noīe Christi contremiscunt, super & oīnis infernalis creatura tremat & contremiscit ad tanti noīs inuocationem. Magna est igitur dilectio p̄ris in filium, cum sic eum sublimauerit, cum sic eum exaltauerit, ut oīa subijciat sub pedibus eius, ut oīa supponat ditioni eius. Vidimus quō p̄r dilexit x̄p̄m. Nunc superest ut uideamus quō nos dilexit Christus. Sed quis in quā ualebit explicare. Quis unq; enodare sermone, amoris abundantiam, charitatis eminentiam, quam habuit Christus in nobis, qui dilexit nos, & lauit nos a p̄c̄tis nr̄is in sanguine suo: qui mortē nr̄am sua morte destruxit, p̄ nobis eligens mori, ut nos a morte liberaret æterna, & nos illuc attraheret ubi ipse est in gloria p̄ris? Ait. n. uolo p̄r ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Ecce quō dilexit nos, pro nobis elegit mori, ne nos morte damnaremur æterna. Resurrexit a mortuis, ut suæ nos resurrectionis tribueret esse participes. Ascendit in cœlum, ut nos proueheret ad palatia cœli, & sedet ad dexterā patris. Coronans & locans, latificans & collocans, quos pp̄rio cruore redemit, quos i glutino sibi charitatis asseruit secum in eadem dextera patris, ip̄m igit̄ Christum, sine modo, ultra modū, absque meta, ultra metam, assidue, continue, toto corde, tota mente, totis uiribus, totis uirtutibus, diligamus, uenere mur & amemus, ut ad ipsum & cum ipso, peruenire & regnare ualeamus. Qui cū patre uiuit deus & cum sancto flamine, benedictus omni tempore seculi. Amē.

Sermo XIII.

E dilectione dei cum plus bibo plus sitio, & ex ea saturari non possum, nec ego nec aliquis perfecte diligens Christum, ipsa cum plus editur, plus famem accrescit, & cū plus ipsa bibit, plus sitim inacuit, ipsam quā inhabitat mentē sic inebriat, ut nil iam quærat uel diligit, nec diligere possit.

nec ualeat præter eum, qui sic mundum dilexit, ut filium suum unigenitum daret, ut ois qui credit & diligit illum non moriatur, sed uiuat cum eo. Ad hanc nos dilectionem auctor ipse inestimabilis charitatis inuitat, in ea nos manere precatur & rogat. Ait. n. manete in dilectione mea, ac si aperte dicat. Quia ego ea dilectione, qua me pater diligit uos diligo, eadem dilectione me uos diligere rogo, & quam dilectio uestra me usque ad mortem perduxit: Nec est mors crudelissima ipsa a uestra charitate me se iunxit, me diligit, & in mea dilectione manere. Sed quæliter in eius dilectione manere debeamus. Sequitur & dicit. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in mea dilectione, sicut pater meus præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione. Qui habet aures audiendi audiat, & qui habet cor intelligendi intelligat. Mensuram nostre possibilitatis uel excedere, uires animi & corporis ac nisus supergreditur uniuersos. Præceptum quod nobis dominus imperat, consilium est nostre salutis; quod ipse auctor nostre salutis nobis accommodat. Quis unquam hominem ex apostolica radice primi parentis exortus, potuit uel poterit sine aliquo transgressionis nequo, cum ois officio charitatis, incussa & immaculata Christi obseruare præcepta, sicut ipse in totum & in partem sui patris seruauit mandata, qui peccatum non fecit, nec unquam peccare iam potuit, nec peccare iam uoluit. Non est in filiis hominum magnus uel paruus, tanta præditus sanctitate, nec tantæ religionis priuilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, uel in peccatis fuerit post conuersatus, præter matrem immaculati peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, de qua cum de peccatis agit, nullam prorsus uolo habere quoniam, unde non imerito nullus tantæ sanctitatis fulget prærogatiua, qui in omnibus & per oia istud sicut iam ualeat obseruare, ita duntaxat si fuerit expressum quantitatis. Sed notandum est, quod hoc aduerbium sicut, non hic quantitatis, sed qualitatis similitudinem notat, sicut superius assigna-

uimus ubi dixit. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, & est sensus, si præcepta mea seruaueritis, sicut & ego præcepta patris mei seruauit, & si manseritis in dilectione mea, sicut ego in dilectione patris mei maneo id est si mihi in obseruantia mandatorum meorum usque ad exitum de habitaculo carnis obediens fueritis iuxta possibilitatem uestræ fragilitatis, sicut pater obediens fuit usque ad mortem crucis, iuxta plenitudinem diuinitatis quam in me corporaliter habitauit, manebitis in dilectione mea, & ego in dilectione uestra, sicut & ego in dilectione patris, & pater in dilectione mea. Vel possumus dicere, quod hoc aduerbium sicut in nobis in hoc loco uim suæ significationis non exercet, sed notat tantum ibi similitudinem dilectionis & obedientiæ christi ad deum patrem esse monitoriam nobis, ut christi præcepta debeamus obseruare, & in eius dilectione manere. Ac si diceret, ego præcepta patris mei pro uestra salute seruauit, & ideo maneo in eius dilectione. Et uos præcepta mea pro meo amore seruare, & sic manebitis in mea dilectione. Adhuc amantissimus amor me compellit, charitas nostri dilectoris Iesu Christi domini nostri, sed ueram dilectionem. Istud capulum repetere in dilectione mea manete. O Iesu, Iesu resurrectio mortuorum, uita uiuentium, salus æterna credentium, totus dulcis, totus amabilis, totus delectabilis, quærentibus te, diligentibus te, inuenientibus te. Dignare me seruum tuum loqui cum domino, hominem cum deo, plasma cum plasmatore, facturam cum factore, redemptum cum redemptore, igitur audi me, & ne perturberis pro me. Nam ego sum, licet peccator qui diligo te, mihi tecum loquendi ausum præbet dilectio tua, attrahit mentem charitas tua, amor instigat. Dixisti apostolis tuis, & per eos dictum intelligamus nobis. Manete in me & ego in uobis, obsecro te iocunditas pulcra, dulcedo melliflua, suauitas odoris, odor suauitatis, lætitia summa, gloria sempiterna, uita æterna, decus angelorum, saluator mundi, filii dei uiui, Iesu dulcissime,

speciosissime, charissime, & amantissime, dic quaeso quæ est causa tuæ dilectionis, tuæ glutinæ charitatis, ob quam & te diligere, & in tua dilectione manere nos præcipis. Dic ut qui non te diligunt audiant & diligant. Et qui te diligunt magis ac magis in tua dilectione seruescant, uox tua dulcis sonet in auribus meis. Dic sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, & quia dilexi uos mihi rependite uicem, me diligite & in mea dilectione manete, iustum est, equum est dominus Iesu hoc quod dicitis, hoc quod speras nobis, hoc est & ois equitas. Dicat ut dilectus diligetem diligat, & amatus amatum mutuum charitatem impendat. Verumtamen aliam causam tuæ dilectionis inquirimus, qua magis te diligere debeamus. Dic nobis quæ es & quid fecisti nobis, unde nobis te diligere præcepisti. Dic nobis. Ego sum qui sum. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, creans coelum & terram, æra & maria, & oia quæ in eis sunt, factor & creator cunctorum, rex regum, & dominus dominantium. Audi uimus & gauisus sum, & certi sumus quam tu es deus per omnia secula benedictus. Sed adhuc quod pro nobis fecisti. Implorant gemitus nostri, requirunt lacrymæ peccatricis anime meæ. Illud cum recolo quod feceris mihi, & quod feceris tibi, uiscera mea inter se collidunt, spiritus contremiscit, anima conturbatur, uulneror & confodior doloribus multis. Nec miror. Perpendo quid fecerit seruus domino suo, & quætas & quales luerit dominus poenas pro seruo. Conscia mihi testis est dominus Iesu, quid fecerit tibi, & crux tua mihi testimoniū phibet quid tu feceris mihi. Tu deus & ego homo, & tamen pro me tu deus factus es homo. Tu creator & ego creatura, tu pro me dignatus es fieri creatura. Tu dominus, nos serui, & pro seruis dignatus es fieri seruus, peregrinus pro peregrinis, pro exulibus exul, pro pauperibus pauper, pro humilibus humilis, pro mortalibus non tamen mortalibus, sed mortuus. Non qualicumque morte, sed dura nimis, amara nimis & turpissima, morte. scilicet crucis. Hæc est opera tua deus. Hæc opera

considero & contremisco, in his te misericordem esse cognosco & reuiuisco, & pro hoc in te confido, de te confido, te amo, te diligo, te totis uisceribus concupisco. Hæc opera fratres mei sunt causa dilectionis Christi, unusquisque uestrum uideat si dominum Iesum diligere debeat. Quid pro nobis facere debuit & non fecit? Quomodo nos plus amare potuit, & non amauit? Maiorem in nobis dilectionem non potuit habere quam habuit, quia animam suam in mortem pro nobis posuit. Ipsa beata ueritas, testis est, quod maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Non ergo nobis uilescat fratres mei ipsa dilectio Christi qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, non uobis uilescat fratres mei, non uobis amarescat ipse amor Christi, ipsa charitas Christi. Amor Christi totus dulcis, totus delectabilis, suum possessorem non cruciat sed delectat, non eneruat sed roborat, cuncta terrena subleuat, sola celestia captat, Christi mandata requirit, & ea pro uiribus obseruare contendit, & de obseruatione præceptorum gressu felici prouehit ad perceptionem gaudiorum, ut cum illo iam perfecte gaudeat, pro cuius desiderio in hac ualle lacrymarum positus, tam amare feliciter suspirabat. Unde recte sequitur. Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, et gaudium uestrum impleatur, ac si diceret. Incipio uobis, & moneo uos mea obseruare præcepta, & manere in dilectione mea, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum de me adimpleatur, ut habeam de uobis permutuam charitatem, quam mihi impeditis, unde possim gaudere, & illud gaudium quod in retributione præmiorum electi sunt percepturi, percipere & possidere possitis. Vel aliter ut gaudium meum sit in uobis, & gaudium uestrum impleatur. Ois enim qui christum de intima cordis medulla, pure & libere & incuncte in finem charitatis brachijs amoris complectitur & connectit, totum eius gaudium reputabit in suum. Imo amplius gaudet de gaudio quod christus accepit a patre

resurgendo, ad coelos ascendendo, in dextera eius sedendo, quod de illo gaudium quod in die iudicii est percepturus a Christo. Igitur fratres charissimi maneat in uobis gaudium Christi, siue sit actiuum, siue passiuum, siue sit diligentis, siue dilecti, siue sit gaudium quo Christus gaudet de uobis, siue sit gaudium quo nos gaudemus de Christo, Christi obseruemus praecipita, ut ipse gaudere possit de nobis, & nos de ipso gaudere possimus. Maneat in nobis gaudium beatitudinis eius, non solum quia beat uel beatificatus est a patre, ut nos cum illo in aeternitate mereamur regnare, per eundem dominum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus benedictus. per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XIII.

præmiatur copiosius. O religio gloriosa & mirabilisq̄ mens cogitare, q̄s intellectus plene cognoscere, q̄ lingua humana te poterit sufficēter & digne extollere? Hanc est. n. fratres mei quæ miserante deo peccata remittit, & referat paradysum. Quæ contritū sanat hoīem, & tristē exhilarat, uitam de interitu reuocat, statum restaurat, honorem reuocat, fiduciā reformat, uiresq̄ & gratiā abundantiorē refundit. O religio uirtutibus ornata. O margarita refulgida, quid noui de te referā? Omnia. n. ligata tu soluis, omnia soluta tu referas? Omnia aduersa tu mitigas, oīa desperata tu animas. O religio rutilator auro, sole splendidior. Si uere seruat non uincit peccatū, nec detractio superat, nec desperatio debet, usq̄ in finem deo dāte ut brauiū apprehēdat, perseuerat. Hanc est quæ respuit auaritiā, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorē, calcet superbiā, linguam continet, cōponit mores odit malitiā, excludit nequitia, cogitq̄ hoīem dei amore omnia libenter sufferre. O religio gratissima & toto corde perquirenda. Nonne per te ceci uident, claudi ambulat, leprosi mūdantur, pauperes euangelizantur? O religio pacifica a strepitu maligni seculi elongata & pro xp̄o a seculo mortua, ubi spiritus sanctus super humilē uenit & quietum, super deuotum xp̄i descendit. O religio habitaculum dei & angelorum eius, hic permansionem faciunt cōserui sui. O religio uita beata uita angelorū. De ore proprio spūs sanctus dicit. Optimā partē elegit sibi maria quæ non auferet ab ea. O beatissima uita solitaria uita contēplatiua. Qm̄ in solitudine contēplabatur uirgo maria tūc uenit, & incarnasti in ea. O deus meus o bone Iesu quid plura referā? Vere claustrū frēs mei uere religio est paradysus. O religio ualle disciplinæ munita, in qua est p̄ciosarū uirtutū secunda fertilitas. Gloriosa res est hoīs unius moris habitare in domo. Bonū ē & iocūdū habitare frēs in unū. Videas illū peccata flērem, aliū

in dei laudibus exultantem: hunc hominibus ministrantem: alium alios erudientem, hunc orantem, illum legentem, hunc miserantem illum, alium peccata punientem, hunc charitate fragrantem, alium humilitate pollentem, hunc in prosperis humilem, illum in aduersis sublimem, hunc in actiua laborantem illum in contemplatiua quiescentem. Et poteris dicere castra dei sunt haec. Quam terribilis est locus iste. Vere non est hic aliud nisi domus dei & porta coeli, o porta preclarissima per quam in sanctam ciuitatem intratur, per quam regnum caelorum rapitur, & possidetur, o religio pre nobilissima, tu castitas religiosorum, tu corda clericorum, tu thesaurus super aurum, o solitudo beata, o hereme mors uitiorum, uita uirtutum, te lex & propheta mirantur, & quicumque ad perfectionem uenerunt, per te in paradysum introierunt, o beata uita solitaria & contemplatiua, quid ultra de te loquar, ipse dei filius saluator & magister noster exemplum dedit nobis fugiens in desertum, & mansit in solitudine ubi sunt rosete charitatis quae semper flammescunt, & semper in sancto odore uiuunt. Vbi mira perfectio mortificatorum & gratiarum, actio scilicet considerare quae & quanta sint quae nobis promittuntur in caelis & uilescere faciunt omnia quae habentur in terris & dicere. Quid prodest homini si mundum lucratur, se autem perdit, o solitudo negotiorum caelestium apotheca. In transitoria et terrena mutantur in caelestia & aeterna. Hoc per breue purgatorium operatur aeternum & caeleste conuiuium et pasceat sempiternum. Denique in te lacrymae mutantur in risum, et gaudium pariunt sempiternum. Ex possessione quippe terrena quae uermibus mortalibus relaxatur, ad aeternam hereditatis patrimonium peruenitur, o religio spiritualis exercituum, lucta, mirabilis, officina in te fidelis anima creatoris sui in se restaurat imaginem, ac ad suam redit imaginis puritatem. Tu fornax, ubi uasa superni regis formantur, ubi pecca-

ta soluntur, et cum angelis in diuinis laudibus infundatur, possessio quae terrae uere uiuentium comparatur, o sancta uita, balneum animarum, mors peccatorum, & animarum purgatorium sordidarum. Tu mentium secreta purificas. Tu conscientiae squalorem diluis atque ad angelice munditiae puritatem peruenire facis animas, tu scala Iacob quae animas perducis ad paradysum. Tu uia regia paradisi quae homines perducit ad patriam. Tu stadium contentantium, luctatorumque bene currentium, perducis ad altas coronas. O religio sepultura dominice passionis de te Hieremias propheta dicit. Bonum praestolari cum silentio salutare dei. Stabit solitarius & tacebit in heremo: quia in quiescendo & tacendo fit homo prudens, de his quaedam sunt unde dicitur. O homo fuge, religionem elige & saluaberis. Surge qui dormis in seculo & exurge a mortuis, dimitteque mortuos sepelire mortuos suos, o uita mirabilis spirituale habitaculum quae de superbis humiles facis, de gulosis sobrios, de crudelibus piros et sanctos, de iracundis mitres, de luxuriosos pudicos, de inobedientibus obediētes, & de odio sis, facis in fraterna dilectione seruētes. Tu loquacibus lingue fratrum imponis, tu imundis castitatis dulcis amoris christi adhibes cingulum, tu ieiuniorum ac uigiliarum es nutrix, tu uagos ligas cathenis, tu patientiae custos, tu purissimae simplicitatis es magistra. Qui te fugiunt luce dei priuati sunt. Qui diligunt te stringunt, & gustant quae suauis est deus & dulcis. Tu ducis ad aeterna gaudia quae oculus non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, & lingua dicere non potest quae tu parasti deo diligentiibus te. Ingredimini igitur fratres mei dilectissimi ex quo uocat uos magni consilii angelus, & non tardate, quia precium magnum, & non paruum est in mora in sanctam Christi religionem & illuminabit uos filius dei per conuenientem satisfactionem. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

DIVI BERNARDI ABBATIS  
epistola ad quemdam. Quid a nobis  
requirat deus infirmans.



Va me pia & crebra iustitatio angit ut tuis petitionibus annuam quae doctrinam uitae agenda deposcunt, seu quid expediat uia tori, uidelicet quid diligenter corde cogitari, quid aptius promi, quid honestius in actionem deduci possit. Haec alta res est, ualde cois. Ingressus habet multos, peruenientes paucos, exequētesque multo pauciores. Sed ut ad condemnationem aut ad misericordiam tuam, & caeterorum legentium prout uideor sentire depromā, nec tuae petitioni, nec meae intentioni pro uoto sufficiens. Cor nostrum nihil dignius perficere potest, quā ut ei se restituat a quo factum est & hoc a nobis deus expetit dicens, fili da mihi cor tuum. Tunc si quidem cor hominum deo datur quādo omnis cogitatio terminatur in eum, girat & circumflectitur, super eum, & nihil uult possidere penitus praeter eum. Sicque colligato sibi animo eum diligit, ut sine ipso amarus sit omnis amor. Nec aliud dixerim cor domino dare, quā ipsum captiuare in omne obsequium eius, & ita uoluntati eius ex toto supponere, ut nihil aliud uelit, quā quod nouerit uelle. Itaque cor domino datum, ipsum in omnibus, & de omnibus adorabit, & gratias ager, etiam si multa nostris sensibus molesta uideantur. Nihil turbationis ex rerum nouitate suscipiet. Tentatus a domino per tribulationes & asperas qualitates non mouebitur. Aporiatus, id est inops gaudebit. Quicquid illatum fuerit, etiam si habeat asperum sensum, uelut impellens ad superna suscipiet. Qui cor suum dedit deo, cantabit melodie & dicet cum propheta Dauid, paratum cor meum deus paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Est siquidem gloria prima, & secunda, prima uirtutis, se-

cunda beatitudinis. Vna in uia alia in patria. Proinde omnibus qui cor suum deo tradiderunt, factum est in argumentum, & signum quod cantant & in uirtutum gloria psallunt in tribulationibus, in pressuris in angustijs, in fame, & siti, in nuditate, & deiectione, in maledictis, in conuictijs, & derisionibus, in flagellis, ac etiam morte intentata, in cordibus plus exultant. Non reaccipiunt amplius potestatem quod in eo domino tradiderunt, nullum sacrilegum crimen reperitur deterius, quā in uoluntate semel oblata deo reaccipere potestatem, non debent sibi uiuere, qui cor suum deo dicarunt, sed ei qui pro omnibus animam suam posuit, nihil dignius cogitari potest. quā cor ad eum referre, qui ut uiueres mori uoluit, nam & iustus cor suum tradidit ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Vigilatio cordis iusta & cogitatio eius iusta est ut meditetur assidue, quid accepit in bonis naturae, quid in bonis gratiae, quid in dei filio pro nobis humanato, passo mortuo, & sepulto. Quid in promissione, a quo malo eruptus est, quid retribuit domino pro omnibus quae retribuit ei, quid diligimus, quid timemus, quid agimus quo pergimus impulsu naturae, quo ex libera uoluntate quo ducatu gratiae nobis datae est etiam triplex directio cordis nostri, secundum sententiam scripturarum. Prima est ad deum tota conuersio, sicut exquirat a populo suo dominus per prophetam dicentem. Conuertimini ad me in toto corde uestro. Ille siquidem ad deum in toto corde conuertitur, qui ab omni malitia rerum corruptibilem ex toto corde primo auertitur. Non potest quisquam ad deum toto corde conuerti, nisi ab omni mundo fuerit ante auersus. Equidem implicamenta terrena non sinunt hominem ad deum plena mente conuerti. Conuersio totalis ad deum cordis nostri est alienatio a seculo, & a seipso & in deo fieri per uirtutem, & in ipso quiescere per

inuisibilem & remotam animi pacem. Ad deum toto corde conuersus delectatur in ipso, quid ultra delectabile possit aspiceret non inquirat. Extrinsecus in inuisibilem damnum, si ad horam ab eo deflexerit inuisibilem interiorem uisum & delectans in alio apostasiam operatus est. Secunda est tota confessio ut psalmus declarat dicens. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Hæc porro confessio, in exceptuate deprimit miseriam quæ peccando contrahitur, & nihil sibi nouit nisi omnia mala tribuere. Deo autem refert omnem laudem, gratiam, & benedictionem, & omnia bona ei tribuit a quo cuncta procedunt. Qui hanc confessionem nouit inferre uilescens sibi unde in seipso exultet non reperit, sed unde gemat atque tristetur, quoniam reus est mortis. Solum exultat in eo, a quo id quod habet accepit, nec in seipso sed in deo gloriatur. Idem & indiuisus factus est in prosperis & aduersis, quem nec prospera extollunt nec aduersa frangunt. Nec altera mens eius, qui in toto corde deo confitetur, quin dominum in omni tempore benedicat: & a motu cordis excæcatus, extra etiam communia hominibus, uita, moribus, lingua Christum dominum confitetur, abhorrere quæ abhorruit, amplectens quæ ipse amplecti dignatus est. Tertia est directio cordis nostri consummata dilectio, ut deum ex toto corde diligamus. Non erit ipsa consummata dilectio, si corda hominum quadam dubitate tanguntur. Cur in hac uita tam expresse mandabatur si in uia uelut in patria non impleretur? Sed optimum est altitudinem considerare uirtutum, quæ quamuis sub præcepto aut consilio sæpe tradantur illarum tamen apicem nemo contingere potuit, nisi qui deus & homo inter homines nasci, conuersari, & mori uoluit. Sæpe uirtus supra facultatem quorumcunque sanctorum inapprehensibilis mansit. Ad quam semper posset esse accessus, quousque in patriam ueniretur. Ac si per hoc hanc cordis di-

rectionem quasi totali dilectione exto to habere non possumus quam tamen protinus faciamus declinantes omne uitium, etiam in omnem perfectionem intendere non ualentes. Saluator ait. Qui habet mandata mea & seruat ea, hic est qui me diligit. Amator dei inimicus est mundi quoniam amicus mundi, inimicus est dei. Inimicus ex corde de inimico nulla gaudia suscipit, nisi cum eum uidet oppressum, aut cum potètiore factus in exilium tradere aut interficere potuit. Hic typus quo sedere cum seculo quis astringatur ostendit. Amator dei ex corde profecto non sapit alta, sed consentit humilibus et occupatus in ipso ad iudicia hominum non uacabit. Non medietabitur praua de rectis, non contendet, non inuidebit his qui humana prosperitate potiuntur. Ad aptitudinem nostri oris est proferenda purgatio, ut nihil impertinentes ex eo proferatur. & moderatio in his habeatur, quæ dicere necessitas ipsa compellit quoniam per sapientiam dicitur. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Et nihil in eo aptius quam proprie accusationes orationes, laudes, benedictionis ad omnium creatorem, & sermo humilis & uerecundus exhortatiuus ad proximum promatur. Non in contentione aut disceptatione uerborum, non in presumptione, sed in omni mansuetudine animi & suauitate lingue. Tutius tamen est audire quàm dicere, erudiri quàm erudire. Latet interdum blandus demon in proferendo sermones, ex quibus solet sæpe fama detestanda & uanitatis aura captari, & spiritus sanctus nos terret, quoniam uir linguosus non dirigitur in terra. Si aliquis præter necessitatem & apertam utilitatem etiam in bonis auditores alloquitur semper digitus prudentie sit super os suum, ne uerba indisciplinata eructet. Et cum Dauid in hac uirtute societur, quæ dicebat. Dixi custodiam uias, ut non relinquam in lingua mea posui ori meo custodiam, cum confisteret peccator, aduersum me. Honeste autem hominum

actiones non aliter, quàm ab honesto corde, adiuuante diuina gratia lege Christi distante procedunt, ut est omnium sententia sincera custodia ne quod per eos improbum ad animam illabatur. Et mores compositi, ne notabiles fiant ex singularitate uiuendi tales sint quales decet seruum Christi, superna non terrena captare uolentem. Non conuersatio importuna, sed rara pro necessitate propria uel communi. Non onerosa non singularitate hypocritalibus notis, omnem duplicitatem, & obliquitatem excludens subiecta proxima in omnibus, præterquam in initio. Delecta te in te ipso, ne te in alio quo magni pedas humilis & suavis sub pondere paupertatis a qua expugnari quotidie proprie seruorum est Christi. Capta ex laboribus & sudoribus uitæ tuam. Vbi autem non est infirmitas & impossibilitas denegat ne erubescas humilem quantum facere. Nam ex questu in humilitate subuenitur indigente deprimenti, & superna merita congruntur, & formatio fit ad sanctos. Sæpe ablutaris salutaribus sacramentis & his atque diuinis uerbis tuam animam refocilla. Talis studeas uiuere qualis affectas in extremo iudicio inueniri. Non tibi plura scribo. In his paucis exerce animam tuam. Curiosa, & non expedientia tibi, nec a me, nec ab alijs amplius quæras. Quod tibi noui utile scripsi, & si aliud a me petisti & utiliter denegauit, nolens in magnis, sed in paruis & paucis inuoluere animam tuam. Tuos natos ut potes in deo nutrias, & ora pro me. Patientia tibi expediens semper tecum, Amen.

## MEDITATIO DE DEO

*tissima super Salue regina, quæ diuino Bernardo attribuitur.*



Ad salutandum uirginem primò debeo eius magnitudinem considerare. Nec enim circa suum filium amplius potuit eleuari, quam ut mater domini uocaretur. Admirans ergo magnificentiam matris nostræ

deuote & reuerenter dicito. Salue regina. Sub tuo regimine domina uolo de cætero militare; me totaliter dominatio ni tuæ committo, ut plenarie regas, nihil meę insipientiæ dimittens de mei regimine. Quicquid enim mihi dimiseris noueris miserrime destruendum. Sed cum plenus sim miseria a uertice usque ad pedum platas & putrefactus, fetorem grauem & horrorem quomodo dignaberis regere tam nobilis creatura? Quis tu es regina misericordiae. Et quæ sunt misericordie subditum nisi miserie? Multum es sollicita de miseris, hos in tuos filios adoptasti, hos regere domina uoluisti, & ideo regina misericordiae uocaris. Nos ergo miseri tecum de cætero consolemur, tecum a modo domina habitemus, te mentis uisceribus amplectamur, quia tu es uita. Vita uere quæ mortem superbiæ humilis uicisti & nobis uitam gratie impetrasti. O certe uita amabilis, uita desiderabilis uita delectabilis, o uita quæ nutris tuos celestibus alimentis. Qui non uult te habere se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificatus fuerit te amplius possidebit dulcedo. Vere dulcedo quæ amaritudinem peccati impetando expellis, quæ nobis gratie dulcorem acquiris, quæ ad suauitatem patrie celestis contemplantur introducis. O dulcis domina, cuius sola memoria affectum dulcorat, cuius magnitudinis meditatio mentem eleuat, cuius pulchritudo oculum interiore exhilarat, cuius amenitatis immensitas cor meditantis inebriat. O domina quæ rapis corda hominum dulcore, non ne cor meum domina rapuisti? Vbi quomodo posuisti illud, ut ipsum ualeam inuenire? O raptrix cordium quomodo mihi restitues cor meum. Quare sic corda simplicium rapis. Quare uiolentiam facis amicis. Nunquid ipsum semper tenere. Cum illud postulo mihi arrides, et statim tua dulcedine consopitus gresco. Cum in me reuersus iterum illud postulo me contemplexaris dulcissima, & statim inebrior tui amore tunc cor meum non discerno a tuo nec aliud scio petere nisi tuum. Sed

ex quo est cor meū tuo dulcore sic inebriatum gubernā illud cū tuo, & in sanguine agni conferua, & in latere filij coloca, tunc assequar qđ intendo, & possidebo quod spero, quia tu es spes nra. Speret ergo in te q nouerunt nomē tuū, qm̄ nō dereliquisti q̄rentes te dña. Certe qui sperant in te mutabunt fortitudinem, allumēt pēnas ut aquilę uolabunt & nō deficient. Quis non sperabit in te, quę et adiuuas desperatos. Nō dubito qđ si ad te uenerimus habebimus quod uolemus. In te ergo speret qui desperat qđ deficit ad te currat: Salue. Quis ergo de cætero nos a tui salutatione poterit phibere ex quo sices uita, dulcedo & spes nra salue. Quis ergo ex quo regina es nra, a tua reuerentia nos poterit separare uel impedire? Primo es dña saluanda ut per te grā impetretur. Secundo ut per te ad gloriā ueniat ad te. Ad te uere, qđ tu sola deū genuisti tu sola interemisti uniuersam hęreticā prauitatē. Ad te certe quę leuas nos a fęcibus pctōrū, quę nos consolaris in cunabulis uagientes, lactas paruulos esurientes. Clamamus quare non clamaremus dña, quā uulnera sustinemus plagas sentimus qđ inimicis undiq; circumdamur. Clamamus angustiati miserij sinitis oppressi. Clamamus cordis anxietate, stomachi uacuitate, doloris acerbitate aut forte erga te amoris immensitate. Quare. n. obdormis dña? Surge adiuua nos. Clamamus etiā ut nostrā manifestemus necessitatē qđ clamare necessitas nos cōpellit, quid nos amplius affligis. Si multū tardaueris uocē amittā clamādo, & ad te amplius uociferare negbo. Heu mihi tunc qđ faciā cum nec exaudire me poteris nec audire. Cito, cito dña subuenias clamantī, ne in manibus deficiam inimici, curre festina domina, & tuū inquisimū, & infidelissimū seruū ad te clamantē parcendo adiuua & eripe de manu & piculis tui hostis. Si aliud te allicere dña non deberet, nisi qđ tuus hostis audet nos tuos seruos iudare fraudulenter, deberes ad nos qđ citius festi-

nare, curre & libera nos dña pp̄ eorū superbiam reprimendā Curre, ne dicant ubi est eorū dña, de cuius clementia cōfidebāt, ne mireris dña si clamamus, qđ sumus a te nimīū elōgati. In regione lōginqua dissipauimus partem nram & ideo ad te clamamus exules. Exules a patria exules a uisione diuina & utinā nō exules a grā, exules a consolatione materna. O aia cur non es potius a corpore separata, qđ a tua domina exul facta. Heu mihi, cur sum in tam longū exilium relegatus. O dña hic sumus exules cōstituas nos, ne hic tanq; in patria cōsidentes te & tuū filium q̄rere desistamus, sic tñ constituas exules in corpore, ut semp tecū simus ciues in mēte. Filij Euę uere filij Euę supbi p̄sumptiuosi, ambitiosi, auari, gulosi & carnales obedientes, & breuiter in omnib; ipsam Euā sequentes, proni sumus ad malum, difficiles uero ad bonū, & si contingat aliquē filiu bonorū operū generare cū quodā cordis dolore & tristitia parturimus, sed malū cū lętitia perpetramus, nec bonis sufficiūt mala nra sed sic ipsa Euā ita & nos alios inclinamus ad malum, & et sicut ipsa, ita & nos in defectibus excusamus, aut saltem si possumus in alios extorquem;. Plus. n. placet nobis in multo sudore & labore uilia acquirere, qđ dñm glorię degustare, & ipsum leuissime immo dulcissime possidere. Nisi. n. nos domina adiuuasses, fortassis iam in inferni profundissima uenisset nec est qđ nos ualeat excusare qđ nō te sed Euā in oibus imitemur ac per hoc. Ad te suspiramus. Suspiramus aut de tam bonę matris absentia uenire ad te domina cupientes. Suspiramus ad te uidere filium tuum affectantes. Nimius ergo amor quo erga te sumus inebriati intrinsicus, cogit nos ad te domina. Oibus es amabilis, omnib; affabilis omnibus delectabilis sedes sapientię, fluuius clementię, radius deitatis, nec est qđ se abscondat a calore tuo. Quis ergo ad te domina non suspirabit. Amore suspiramus, etiam & dolore. Undiq; nos angustia præ-

stia premunt. Quo ergo ad te nō suspiramus, solatium miserorū, refugium expulsoꝝ, liberatio captiuorū, regina bellatorum, domina uniuersorū et inimicorum, nec est qui tue uolūtati ualeat obuiare. Sic afflictis, sic miseri ad te suspiramus. Gementes & flentes & in hac lacrymarum ualle. Heu domina, non uides quod totaliter sumus amaritudine pleni. Intus sumus gementes exterius flentes, in loco lacrymoso iacentes, onerati peccatis gemimus, aggrauati molestis flēmus, abundantes miseris in ualle lacrymarum sumus tuum subsidium postulant. Quid amplius dicam nec sufficio nec scio omnia detestabilia huius uallis enarrare. Eia ergo aduocata nostra. O laudabilis clementia saluatoris, qui sic afflictis tam nobile subsidium dignatus est elargiri, & ideo non est timendum quin miserearis miseris, ad illam partem inclinans sententiam quam defendis ut nobis exhibeas gloriā quā crearis, non ergo restat domina, nisi ut illos misericordes oculos ad nos conuertat. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, non dubitamus domina quod si nostras aspexeris miserias & non poterit tua miseratio suum rerardare effectum. Mirabiles necnon & amabiles illi tuorum radij oculorum quibus nos allicis ad amorem, & ad plenam ducis salutē ne uenenatos oculos basilisci timeamus. O Euę oculi uenenati. Cur nō offeris uos oculis uirginis, si uultis perfe-

ctam recipere medicinam, nam suorū claritas oculorum tenebras expellit, efugat cateruas dæmonum, purgat uicia mentium, corda cōgellata accendit & demum ad cęlestia trahit: O quā beatī, o domina quos tui uiderint oculi. Hos ergo oculos ad nos domina conuerte. Et Iesum benedictum fructum uentris tui nobis post hoc exilium ostēde. O uenter mirabilis, qui potuit capere saluatorem, o uenter laudabilis qui potuit recipere redemptorem, o uenter desiderabilis qui emanauit desiderium mentium gratiarum fluuium glorię pręmium, o uenter amabilis & dulcedo animę, o eleuatio mentium, inebriatio cordium sanitas peccatorum. Fructus tuus domina. Hic certe est fructus beatus a principio sui ortus. Hic est Iesus dei uiui filius. Hic est saluator noster dominus deus. Hunc Iesum benedictū fructum uentris tui nobis post hoc exilium ostēde, ut uidendo ipsum habeamus, ipsum uidēdo beatitudine repleamur, o clemens, o pia, o dulcis Maria, o clemens indigentibus, pia exhorantibus, dulcis diligentibus, o clemens penitentibus, pia p̄ficiētib; dulcis conplantibus, o clemens liberādo, pia largiēdo, dulcis te donando, o clemēs consolādo, pia blandiēdo, dulcis osculādo. Clemens es subiectis, pia iā correctis, dulcis prædilectis, Amen.

FINIS.

M

INDEX PER ALPHABETVM OMNIVM SENTEN-  
TIARVM, QVAE IN HAC OPVSCVLA CON-  
TINENTVR, VALDE VTILIVM.

**A**bbati quā periculosum est sta-  
tum suum fo.17.co.2  
Absentia Iesu Christi diligen-  
tibus eum magnum dolorē generat.  
folio 11. col.1  
Acies inter Ierusalem, & Babyloniam  
ordinatae folio 7. col.4  
Ad patrem uado, ut genus humanum  
&c. folio 29. col.3  
Adulatio summo studio euitanda est,  
folio 33. col.1  
Agricola in agro dominico sumus con-  
stituti folio 31. col.2  
Amator dei ex corde profecto non sa-  
pit alta folio 43. col.4  
Amen hebraeum est, & in se quasdam cō-  
tinet significatiōes diuersas. f.24.co.1.  
Amor triplex fol.21.col.2  
Amor bonus ibidem  
Amor malus ibidem  
Amor mediocris ibidem  
Amor mundi & amor dei ualde auer-  
santur inter se fol.26.col.2  
Anima quae sola peccatis esse dicitur.  
fol.25 col.3  
Anima illa foelix est quae gemit & lu-  
get quotidie absentiam Christi salua-  
toris sui fol.25.col.4  
Anima in tentatione posita qualiter re-  
sistit tentationi fo.31.col.2  
Apud deū secura sunt omnia. fo.13.co.1  
Aqua quae à Iesu Christo in peluim mit-  
titur, spiritus sanctus est fo.15.col.4  
Ascensus & descensus scalae Iacob. fol.  
8. col.3  
Amicus magis est homini deus, quam  
ipse sibi est fo.4.col.4  
Apostolos baptizatos esse innuitur in  
illis uerbis, qui lotus est, non indiget  
nisi ut pedes lauet, sed non legimus  
ubi, fo.16.col.4  
Atrium Ierusalem fo.13.co.4  
Athleta Christi in praelio minime dubi-  
tare debet de auxilio suo. fol.14. col.2  
Auarus nimis est cui non sufficit Chri-  
stus fol.24.col.3  
**B**  
Bellatrix egregia uirgo Maria uoca-  
tur serpentis antiqui fol.3.col.1  
Bethleē ubi Christus paruulus et pau-  
per nascitur, bonae uitae est incohatio.  
fol.11. col.3  
Bonitas Christi in uulnis Simeonis cō-  
sideranda est. fol.13.col.1  
**C**  
Castra sapientiae fol.5.col.3  
Charitas multiplex uocatur f.21.c.4  
Concupiscentiae secularis uinculis alli-  
gat nos daēmon, fol.4.col.4  
Caro & sanguis Christi testimonium  
de sua dilectione omnibus reddat fol.  
37.col.1  
Coena Iesu Christi cum apostolis pas-  
sionem significat fol.16.col.1  
Charitas regina coeli uocatur. fo.5.co.4  
Charitas cum suo comitatu. fol.7.col.3  
Charitas nos in deo, & deus in nobis  
manere facit fol.31.col.4  
Charitas uera quid nobis percipiat fo.  
36.col.4  
Cibum mentis non uentris in mēsa do-  
mini inuenitur fol.14. col.3  
Colloquium orationis ad regem Ieru-  
salem fol.7.co.3  
Contemplator spiritalis spiritalium  
non in quolibet loco inuenit. fo.13.c.3  
Contemplationis uis fol.11.col.4  
Contemplationis genera multa, ac spi-  
ritualium uisionum fol.12.col.4  
Cor nostrum quomodo deo datur fo-  
lio 43. col.1  
Consensum a nobis diabolus elicit, nō  
uim facit fol.4.col.4  
Cor nostrū nihil dignius facere potest  
quam factori suo se reddere. fol.43.c.1  
Cor hominum quid uigilare debet fo-  
lio.4 col.2  
Cōtritiō cordis quam deo grata sit fo-

lio 13. col.2  
Creatura quantum diligi debet fo-  
lio 25. col.2  
Creatori minime placere possumus, ni-  
si prius nobis ipsis displicemus fo-  
lio 37. col.4  
Christus quare in passione turbetur fo-  
lio 18. col.2  
Christus mori timuit ut nos Christiani  
non timeamus fo.15.col.1  
Christus quare nos dilexit in morte fo-  
lio 15. col.1  
Christus sine modo nos dilexit. ibidem  
Christus magis de morte traditoris Iu-  
dae dolet quā de passione sua f.18.c.2  
Christus maiora per suos fideles opera-  
tur quā dū in carne uiueret. f.24.co.2  
Christus quare differt nobis auxilium  
fo.24. col.2  
Christus bonis tantum post resurrectio-  
nem apparuit fo.26.col.1  
Christus dicit & docet quod ipsa trini-  
tas dicit & docet fo.28.col.2  
Christus pauper uenit ne diabolus ha-  
beret quod auferret fo.30.col.2  
Christus in paupertate manētibus man-  
et, non cubat in deitatis fo.39.col.1  
Christus post sanguinis efusionem ac-  
cepit corporis immortalitatem. f.17.c.1  
Cubiculum cordis nostri quasi in spelū  
cam ingredi debemus fo.12.co.2  
Curare debemus nihil praeter deum fo-  
lio 24. col.3  
**D**  
Dauid manu fortis producit aciem  
uirtutum contra Nabucho dono-  
sor. fo.7.col.4  
Deprecatio ad gloriosam uirginē ma-  
riam fo.2.col.1  
Deus est oē qd̄ q̄rere possis fo.4.c.3  
Deus ipse pro nobis rogat secundum  
quod homo, quādo nos facit se roga-  
re deum, tūc enim patrē rogare pro  
nobis cum nos illum rogamus unum  
cum patre domini esse credente fo-  
lio 25. col.1  
Deus uenit ad hominem subueniendo,  
illuminando, implendo fo.27.col.2  
Difficultas nulla ibi apparet ubi ē cha-  
ritas fo.36.col.4  
Deus semper ubique totus est, ubicum-  
que fueris sine ipso male eris & male  
tibi erit, & ubicunque fueris cum ipso  
bene eris & bene tibi erit fo.4.co.3  
Dilectio dei non quaerit uestem, sed no-  
stram mentem nec quaerit opinionē,  
sed tantum bonā actionem. fo.25.co.1  
Dilectiones Christi duae sunt. fo.37.c.1  
Dormire in homine spiritus dei quid  
fo.3. col.3  
Domus dei patris est ipsa praedestina-  
tio & praescientia eius fo.22.col.4  
Dignitates multae in uita aeterna sunt, quae  
ibi alia claritas solis, alia lunae, alia stel-  
larum fo.22.co.4  
Diligere deū ex toto corde, ex tota mē-  
te & omni anima & omnibus uisceri-  
bus nostris, & hoc tantum quaerit fo-  
lio 15 col.1  
Diligere deum quid fo.37.col.2  
**E**  
Eua filij qui sunt fo.44.col.4  
Elemosinam cum paupere suscipit  
Christus fo.18.col.2  
Equus desiderij fo.5.col.2  
**F**  
Fides distinguitur per diuersas pro-  
prietates fo.30.col.3  
Flores tres miramur in Beatam uirgi-  
nem Mariam fo.2.col.3  
Foelix est quē pater & filius & spiritus  
sanctus diligit deus fo.27.col.2  
Fons aēdi dicitur poenitentia uel bap-  
tismus fo.30.col.4  
Forma humilitatis & reuerentiae pueris  
data, ut in medio seniorum taceat ut  
audiant, interrogent ut discat. fo.11.c.1  
Forma data ecclesiae seruandae necessa-  
ria fo.19.col.4  
Fortitudo quid in homine operatur fo-  
lio 5 col.3  
Frænum discretionis fo.6.col.4  
Fructus carnis fo.4.co.1  
**G**  
Gallus antequam cantet exponitur  
fo.22 col.3  
Gloria prima & secunda prima uirtu-  
tis, secunda beatitudinis fo.43.col.2  
M 2

INDEX

Gradus duodecim humilitatis col. 3 & sequen.	fol. 8.	Iudæi panem intinctum comedunt folio 18	col. 4
Guerra continua inter Ierusalem & Babyloniam.	fo. 6. col. 3	<b>L</b>	
<b>H</b>			
Heremi commendatio	fo. 42. col. 3	Labor ibi nullus est, ubi uerus amor est	fo. 36. col. 4
Hortus deliciarum nobis est uterus beatæ Mariæ uirginis	fo. 2. col. 3	Lætitia Iudæorum uertetur in luctum,	fo. 14 col. 4
Hortus conclusus est beata Maria folio 2	col. 3	Latera scalæ Iacob	fo. 8. col. 3
Homo in quanta miseria positus sit. folio 3	col. 3	Laudes uteri beatæ Mariæ uirginis,	fo. 2 col. 3
Homo quanto magis ad mūdum accedit, tanto longius a deo recedit ibi.		Liberationes quatuor in uno quolibet fugente de seculo inuenies	fo. 6. col. 1
Homo totus sibi displicere debet, ut sūmo deo placere possit	fo. 3. col. 4	Liberum arbitrium deus homini indulget ut bonum eius esset uoluntarium non coactum	fo. 4. col. 4
Homo quia de terra ē, fructus terreno inquit	fo. 3. col. 4	Lignum scientiæ boni & mali quod malum nobis attulit	fo. 4. col. 4
Homo quicquid sine deo facit, totū est malitia, & uanitas, quia nihil est bonum sine summo bono	fo. 4. col. 1	Linteo exterit quid significet.	fo. 16. col. 1
Homo accepta licentiā boni & mali, cepit eum tedere bonorum suorum a concupiscētia sciendi bonum & malum	fo. 4. col. 4	Loculi & marsupia foueque diaboli sunt,	fo. 15 col. 2
Homo semper sit memor omnium que præcepit deus.	fo. 8. col. 3	Loculi mentis	ibidem
Homo semper a deo uidetur & ab angelis facta sua illi renunciantur folio 8	col. 3	<b>M</b>	
Homo operari non cesset quod sibi expediat in æternum	fo. 17. col. 4	Malum proditionis bonum redemptionis nostræ fecit	fo. 15. col. 3
Homo secundum suum laborem mercedem habebit	fo. 17. col. 4	Mandatum nouum do uobis, exponitur.	fo. 2. col. 1. & 2.
<b>I</b>			
Ignis consumens quis	fo. 2. col. 2	Mansiones duæ domini	fo. 28. col. 1
Ierusalem ad quam dominus ascendit est celestium secretorum contemplatio	fo. 11. col. 3	Marsupium murmurationis, detractio nis &c.	fo. 15. col. 2
Iesus natus in Bethleem, later in Aegipto, nutritur in Nazaret quid.	fo. 9. col. 4	Manere in deum quomodo.	fo. 32. col. 2
Iesus Hebraice, latine saluator interpretatur	fo. 14. col. 4	Manus sui corporis edocta frequenter palpat dolorem	fo. 22. col. 1
Iesus Christus semel mortuus est folio 14	col. 4	Manere aliud est in illo, aliud cum illo aliud iuxta eum, aliud longe ab eo folio 32	col. 4
Iesus Christus i quibus clarificatus est. fo. 20	col. 2	Meditari de gestis Iesu Christi in duodena ætate	fo. 9. col. 3
Infantia Iesu Christi, & eius effectus, fo. 11	col. 3	Mittentis non missi auctoritas in missio commendatur	fo. 18. col. 1
		Modicum tempus dicitur totum tēpus nostræ mortalitatis	fo. 26. col. 1
		Monachus omni uilitate & extremitate contentus esse debet	fo. 9. col. 1
		Monachus non interrogatus loqui minime debet	fo. 9. col. 2
		Monachi inditia si diligit creatorem suum	fo. 27. col. 1
		Monachus uerus quas condiciones habere debet	fo. 37. col. 3

INDEX

Mos Iudæorum ascendentium ad templum ad diem festum, uiri seorsum a mulieribus ne forte aliquid coinquinationis subreperet	fo. 10. col. 2	Paracletum alium dabit uobis exponitur	fo. 25. col. 1
Mos & consuetudo Iudæorum quare diem paschæ solennem haberent folio 14	col. 3	Paracletus dicitur aduocatus, uel consolator	fo. 25. col. 1
Mundus pluribus modis dicitur. fo. 26. col. 1		Paracletus quem mittet pater &c. exponitur	fo. 23. col. 2
Multi sunt qui domini mandata habent, & ea minime tenent.	fo. 26. col. 2	Pascha interpretatur transitus.	fo. 14. col. 4
Multi in stadio mandatorum dei currere incipiunt	fo. 34. col. 2	Pax nulla inter Ierusalem & Babyloniam	fo. 6. col. 3
Moyse uerus	fo. 14. col. 4	Pax dñi Iesu Christi qualis sit.	fo. 28. col. 4
<b>N</b>			
Natura omnes equales sumus, eadē conditione exituri sumus. fo. 18. col. 1		Pax mundi	fo. 29. col. 1
Nazareth, ubi Iesus nutritur uirtutū est exercitatio	fo. 11. col. 3	Pacis diffinitio	ibidem
Nemo uenit ad patrem nisi per me exponitur	fo. 23. col. 3	Peccatrix Magdalena locum tutū mūdō ostendit	fo. 13. col. 2
Nemo de dilectione dei nūquam faciat	fo. 35. col. 2	Peccata quippe nostra diuina seueritas nequaquā inulta remanere permittit.	fo. 31. col. 1
<b>O</b>			
Observatio & custodia mandatorum xp̄i pbat dilectionē dei	fo. 27. col. 1	Perturbationes duæ carnis & spiritus.	fo. 18 col. 2
Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur exponitur	fo. 8 col. 2	Peccator quomodo in profundum uenit desperationis.	fo. 66. col. 1
Opiniones diuersæ de anima Iesu Christi	fo. 11. col. 2	Perfectio seruorum dei	fo. 6. col. 2
Oro optimū remediū i tribulatione.	fo. 5.	Petitio nostra, qualis esse debet.	folio 24. col. 3
Ordinē dilectionis puertere quod.	fo. 37. col. 2	Petrus magno timore percussus propter immensam humilitatē Iesu Christi.	fo. 16. col. 2
Orphani grece, latine pupilli	fo. 25. col. 4	Portæ Ierusalem	fo. 13. col. 4
Ossa eorum dissipat deus qui hominibus placent	fo. 3. col. 4	Possibilitas amandī communis est cuiuslibet	fo. 37. col. 1
Ouis centesima quæ sit	fo. 29. col. 3	Peluis quo usus est Iesus Christus ad lauandos discipulorum pedes ecclesia interpretatur	fo. 16. col. 1
<b>P</b>			
Panis intinctio significat fictionem Iudæ	fo. 18. col. 4	Potentia nulla deum turbare potest. folio 13	col. 1
Panis intinctus multipliciter accipitur in sacra scriptura	fo. 18. col. 4	Prædestinationis nonnulla declaratio.	fo. 22 col. 4
Parce non seminat qui parū habens parum largitur	fo. 31. col. 3	Prædo antiquus puerum lasciuum sine custode, sine rectore, procul a domo patris uagantem accessit ad poma illa inobediētiæ, manum malæ persuasionis porrigens	fo. 4. col. 4
Parentes semper plus amant filios paruos quam magnos	fo. 2. col. 3	Prælati qui cathedrā regiminis tenent, uideat unusquisque, si exemplum Iesu Christi tenent	fo. 17. col. 2
Passio Iesu Christi est peccatorum nostrorum uera purgatio	fo. 16. col. 1	Paradisus dei uerus quis	fo. 2. col. 3
Pauperem ex quacunque causa abhorere non debemus	fo. 18. col. 2	Pædagogī primi hominis qui sunt folio 4	col. 4
		Poma inobediētiæ	fo. 4. col. 4



I N D E X

Potentia Christi in uultu igneum in uedentes & ementes in templo consideranda est fo. 13. col. 1  
 Probatio dilectionis est exhibitio operis fo. 25. col. 1  
 Prodigus filius fo. 10. col. 1  
 Propter omnia quæ occurrunt nobis dimittimus deum & iccirco omnia dimittunt nos fo. 3. col. 4  
 Proximus noster qualiter diligendus sit fo. 21 col. 3  
 Proximos nostros tunc diligimus sicut nos fo. 37. col. 2  
 Prudentia consulit sapientiam in trepidatione fo. 5. col. 4  
 Prudentia una de summis principibus paradisi fo. 5. col. 2

**Q**ui uias Beatæ Mariæ Virginis infectatus fuerit non ambulabit in tenebris sed lumine uite inueniet. f. 2. c. 4  
 Qui non fleuit quando erat tempus fletu æterni luctu lugebit, sed sine fructu fo. 4 col. 2  
 Quicquid filius dei habet per naturam filius hominis hæt per gratiam. fo. 20. c. 2

**R**eligionis erga deum cõmendatio. fo. 42 col. 2  
 Rex diues & potens deus ops filium sibi fecit hominem quem creauit fo. 4. col. 4  
 Rex Ierusalem Christus fo. 6. col. 3  
 Rex Babylonis diabolus ibidem

**S**acerdotes mali Iudæ scarioti cõparantur. fo. 17. col. 3  
 Sapientia est de qua dicitur cõcupiscis sapientiam, disce iustitiam fo. 5. col. 3  
 Sapientia sola uincit malitiam. fo. 6. c. 2  
 Scala Iacob fo. 8. col. 3  
 Scala Iacob exponitur fo. 21. col. 1  
 Schariotis a uico unde ortus est, alio nomine matmotis siue mala mors fo. 15 col. 2  
 Sella circumspectionis equo desiderio a rege Ierusalem imponitur fo. 6. col. 4  
 Semita charitatis est non solum diligentem diligere, sed etiam odientem non minus quam seipsum, sed sicut seipsum

fo. 37 col. 3  
 Senes stupent, iuuenes Iesum in ætate duodecim annorum admirantur fo. 10 col. 2  
 Sermo quem audistis non est meus exponitur fo. 27. col. 4  
 Simon dicitur obediens fo. 15. col. 2  
 Si ego laui pedes uestros, per pulcra expositio fo. 17. col. 2  
 Sperare sine meritis non spes sed præsumptio dici debet fo. 15. col. 1  
 Spes quid in homine operatur fo. 5. col. 1  
 Spes miles uocatur fo. 6. col. 3  
 Spiritus sanctus uisitans miseram animam septiformem gratiam suam infundit fo. 6. col. 1  
 Spiritus sanctus in anima septiformem beatitudinem ædificat per spiritum timoris, faciens beatos pauperes spiritu. fo. 6 col. 2  
 Spiritus tristitie fingit se esse amicum timoris fo. 6. col. 3  
 Spiritus nequam in angelum lucis transformatur fo. 6. col. 4  
 Spiritus Christi odit amatorem mundi folio 25. col. 2  
 Ita uult amari ut nihil aliud præter ipsum ametur ibidem  
 Stadium nostrum est obseruantia dei. fo. 34. col. 2  
 Stadium finis nostri est charitas ibidem  
 Subtractio cibi & potus corpori nostro ferit cupidinis arcus, optimum remedium omnibus fo. 25. col. 3

**T**alis studeas uiuere qualis affectas in extremo iudicio inueniri. folio 44. col. 1  
 Temperantia comes prudentiæ. f. 5. c. 2  
 Timor seruus domini primus nos erigit & quid in hoie operatur fo. 5. col. 1  
 Thomas qui dicitur didimus. i. dubius uel dubitans fo. 23. col. 2  
 Totus homo sibi displicere debet, ut summo deo placere possit fo. 3. col. 4  
 Tradere dominum, uendere d. uendit dominum qui se illum alienat fol. 15. col. 2  
 Turtur auis castissima & foliuga. folio 12. col. 1

I N D E X

Tuiculus est audire quam dicere, erudiri quam erudire fo. 43. col. 4  
**V**erba domini quæ dulcissima sunt diligentibus illum fo. 28. col. 3  
 Veritas non sine piculo predicatur. f. 16. c. 4  
 Veh homini est & erit, quia quæ sunt mundi mundo reddit, quæ uero dei sunt deo non reddit fo. 4. col. 1  
 Via peccatorum quare prosperatur. f. 12. c. 4  
 Vigor naturæ conseruandus est in assumendis alimentis & non est sequendus appetitus illecebrosæ gulæ. folio 33. col. 1  
 Vineam domini uniuersalis ecclesie, uiola humilitatis fo. 2. col. 3  
 Virtutes quatuor cardinales f. 11. col. 4  
 Uterum uirginis Mariæ uelut templum dei uiui mundus ueneratur fo. 2. c. 2  
 Viris spiritualibus quæ maxime congruunt fo. 13. col. 4  
 Vitæ solitariæ cõmendatio fo. 42. col. 2  
 Vitis purgatio, & de uite pulcra translatio fo. 31. col. 1  
 Viuo & uos uiuetis sic exponitur. f. 26. c. 1  
 Vitæ solitariæ Iesu Christi exemplum. folio 39. col. 2  
 Utilitas propria proximorum utilitati aliquando postponenda est fo. 37. col. 1

I N D E X C A P I T V L O R V M

**D**eprecatio & laus elegantissima ad gloriosam beatam Virginem. folio 2. col. 1  
 De miseria humana sermo fo. 3. col. 3  
 De pugna spirituali sermo 1. fo. 4. col. 4  
 De pugna spirituali sermo 2. fo. 6. col. 3  
 De pugna spirituali, sermo 3. folio 7. col. 4  
 Ex regula B. patris Benedicti de humilitate fo. 8. col. 2  
 Gradus duodecim humilitatis. fo. 8. col. 3. & seq.  
 Homilia infra octauam Epiphaniæ. folio 9. col. 3  
 Prologus sermonum in cœna domini. fo. 14. col. 2  
 Sermo secundus in cœna domini. folio 15. col. 3  
 Sermo tertius in cœna domini. folio 17. col. 4  
 Sermo quartus in cœna domini. folio 19. col. 4  
 Sermo quintus in cœna domini. folio 21. col. 1  
 Sermo sextus in cœna domini fo. 22. col. 1  
 Sermo septimus in cœna domini fo. 23. c. 2  
 Sermo octauus in cœna domini fo. 24. c. 4  
 Sermo nonus in cœna domini fo. 25. col. 3  
 Sermo decimus in cœna domini, folio 28. col. 3  
 Sermo undecimus in cœna domini, folio 31. col. 2  
 Sermo duodecimus in cœna domini. fo. 33. col. 3  
 Sermo decimustertius in cœna domini. fo. 35. col. 2  
 Sermo 14. in cœna domini fo. 36. col. 3  
 Sermo 15. in cœna domini fo. 37. col. 2  
 Sermo deuotissimus in parasceue. folio 38. col. 3  
 Epistola ad quendam fo. 43. col. 1  
 Meditatio deuotissima super Saluæ reginæ. fo. 4 col. 1

F I N I S.

